

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtvte Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Tractatvs XII. religionis, qui est de reuerentia debita Ecclesiasticis
personis, & eorum bonis seu immunitate Ecclesiastica, & disputatio vnica
sub eodem titulo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)



TRACTATVS XII.
RELIGIONIS,
QVI EST
DE REVERENTIA DEBITA ECCLESIASTICIS
PERSONIS, ET EORVM BONIS, ET
Immunitate Ecclesiastica.

Et Disputatio vnica sub eodem titulo.

PRO O E M I V M .

MANIFESTVM est Ecclesiasticis personis, ut potè in cultum Dei specialiter destinatis, speciale aliquam reverentiam deberi. Primo enim debetur eis immunitas, indemnitas, & securitas à qualibet iniuriosa percussione, quæ indemnitatis dicitur priuilegium canonicius quia à canone *si quis suadente 17. quæst. 4.* conceditur. Proteguntur enim ibi Clerici excommunicatione lata aduersus illorum percussores. Secundo, debetur Clericis exemptione à iudicio, iurisdictioneque laicæ potestatis, tam quoad suas personas, quam quoad sua bona; & hæc vocatur Ecclesiastica libertas, seu immunitas. De prima immunitate, & indemnitate latè diximus *tract. de excommunicat. referuntur in decreto.* Secundam immunitatem in præsenti assūmimus explicandam.



P V N C T V M . I.

Quo iure clerici à potestate laicorum exempti sint.

1. *De fide et Clericos exemptos esse.*
2. *In causa spiritualibus certum est esse exemptos.*
3. *In temporalibus plures affirmant ex iure diuino prouenire hanc exemptionem.*
4. *Alij contra centent in iure diuino fundamentum habere. At ex iure positivo prouenire haec exemptionem, quod est probabilitas.*
5. *Satisfit oppositi fundamentis.*
6. *At nulla humana potestate hoc exemptione à Pontifice concessa tolli potest.*
7. *Imò negat ipse Pontifex eam integrè tollere potest.*
8. *Probabilitas est ipsum Pontificem immediate à Christo exemptionem effe.*

Fide tenendum est Clericos à potestate laicali exemptos esse; sicut enim habetur et si Clerici, i.e. Clerici, cùm non ab homine, c. qualizies de iudicio cap. si diligenter, cap. significati de foro compet. *Auctor. Baroniūs, de Episcop. Et Clericis,* & tradunt omnes catholici, & metrio: quia haec exemptione eorum dignitas commendatur, & maior illis reverentia exhibetur. Sed quo iure illis haec exemptione competit, an diuino, an canonico, an civil? non est ita certum.

^{2.} Et quidem si loquamur de exemptione in causis spiritualibus fidem, inquam, sacramentum, sacrificium, & diuinum cultum, animaque salutem respicientibus, omnino tenen-

dum est, iure diuino Clericos exemptiones esse à iurisdictione laicorum: quia haunc caularum spiritualium iudicium illis solis competere potest, quibus Christus concilavit, cùm ab illo eorum constitutio emanauerit. At soli Petri cùlque successoribus promissum fuit illis verbis *Tu es Petrus, et super hanc petram adiscabo Ecclesiam meam;* & confessio ei dictum est. *Pax eis caues meas.* Ergo solus Petrus, eiusque successores, & quibus ipse commisit, hoc iudicium habent. Ergo Reges, aliquique Principes humani loci parent. Ergo ab eorum iurisdictione in his causis Clerici exempti sunt. Adeo non solum in iudicio harum caularum Clericos à iurisdictione laicorum exemptiones esse, sed etiam laicos, quia laici subdi non possunt seculari iurisdictioni, nisi causa agitanda ad iurisdictionem secularem pertineat: cum ergo causa spiritualis extra iurisdictionem secularem sit, effectu sit nequaquam in illo foro indicari laicos posse de illa: si laicus probans docet Suar. defens. fidei, lib. 4. de immunit. Ecclesiast. c. 2. per totum. Cou. præf. q. c. 31. n. 2. ver. prima conclus. Farin. lib. 1. præf. rit. 1. q. 8. n. 2. Molina. Th. ologus tom. 1. disp. 31. concl. 2. 3. At si de exemptione in causis temporalibus, solutione, iugum, tributorum, punitione criminum, obligatione legum ciuilium sentio sit, variare Doctores: Alij affirmant ex iure diuino hanc exemptionem procedere: sic Abbas in c. Ecclesia sancta Maria de consilutionibus, num 6. Felin. lib. num. 6. plures referens, Rebuff. in concordat. tit. vlt. Afauar. in cas. nouit. de iniuria. notab. quoad exemptionem in criminalibus. Clar. præf. lib. 5. §. fin. quæst. 35. Zenedo coll. c. 37. Bellar. lib. 1. de clericis, cap. 18. propofit. 5. & c. 29. & latius in disp. special. tom. 2. in fine. Et alibi, & alijs plures relati à Couart. & Farinac. locis allegandis, cum gloria in cap. 6. si Imperator. 96. disp. 6. cap. quoniam de censibus in 6. Proban. primò, exemptionem in criminalibus ex illo Psalm. 104. Nolite tangere Christos meos, quasi diceret. Vos qui Reges estis, & potestatem habetis iudicandi, eos qui oleo sancto

sanc*to vni* sunt, & mihi specialiter dicati, nolite tangere, & punire, & Zach. 2. *Qui tangit eos, tangit pupillam oculi mei.* Secundò, exemptionem à tributis probant ex illo *Matth. 17.* vbi cum à Christo exigereur census, Petrum interrogavit a quibus reges exigunt tributa, à filii suis, an ab alienis? Et cum Petrus respondisset ab alienis, intulit Christus. Ergo liberi sunt filii, quasi diceret, ego, qui filius sum Dei, liber sum à tributo. sed ne illos scandalizemus da pro me, & te. Ex qua solutio videtur inferri Petrum, et quae successores quasi in filios admissos esse, & à tributorum solutione exemptos. Sed quoties aliquid exemplum est à tributis, omnis eius familiā exempta est. Ergo omnes Clerici exempti sunt ex exemptione facta à Petro. Tertio, ex variis textibus, in quibus videtur iure diuino hæc exemptione tributis, in cap. continua 11. quæst. 1. & cap. futurum 12. quæst. 1. vbi Constantinus Imperator respondet querundam Clericorum querimoniam. *Vos a nemis iudicari potestis, sed iudicio Dei reseruamini.* Secundo, in cap. quamquam de censibus in 6. vbi dicitur, Ecclesia, Ecclesiasticæ personæ, ac res ipsa non solum iure humano, quin immo & diuino à facultati personarum exactionibus sunt immunes, & in Concil. Lateranensi sub Leone X. *Jeff. 9.* in bulla *reformations curia dicuntur, cum à iure tam diuino, quam humano laicis potestis nulla in Ecclesiasticis personas attributa sit, &c.* in Trid. *Jeff. 25.* cap. 20. de reformabili Ecclesia, & personarum Ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione, & canonica fætio confititam. Quid ergo clarius dici potest? Quare, probatur hanc exemptionem, supposita institutione clericatus, esse de iure naturali diuino. Nam facta hac institutione Clerici patres sunt, & magistri facultarium, illisque superiores, ut tradit. Gregor. VII. I. in cap. quis dubitat. 96. *dif.* Sed filius patrem, & discipulos magistrorum sibi subiungat, & sue parentes vel subiuste miserabilis infans est, vi ibidem dicitur. Ergo, item negari non potest Clericos ex vi sui status superiores esse laicis omnibus, cap. sunt. 96. *dif.* Sed superior non potest ab inferiori iudicari, cap. cum infer. solita de maior. & obediens. Ergo Clerici nulli ratione possunt à laicis iudicari. Quinto, probatur ab inconvenienti: si enim à Christo domino hæc exemplo non habetur, non videtur quia ratione Pontifex potuerit tot homines, tam quoad se, quam quoad eum bona à potestate facultari eximere; sicut enim non potest Pontifex Reges ipsos à regno deponere, & iurisdictione eis à rebus publicis data punitio; sic nec videtur posse tot subditos ab eius imperio eximere: qui hæc exemplo est naturæ iurisdictionis debita punitio.

4. Ceterum, alii Doctores probabiliter sententiam hanc exemptionem Clericorum in causis temporalibus in iure diuino fundatum habere à iure tamen positivo, & Pontificio immediate prouenient: sic Innocent. in cap. de major. & obed. Alciat. in cap. cum non ab homine. col. 2. de iudicis. Couarr. præf. quæst. 1. num. 2. fine, verf. *fecunda conclusio.* Farinac. præf. lib. 1. tit. 1. quæst. 8. n. 2. verf. *limita primo.* Med. Cod. *deresis.* quæst. 1. Mol. *Theologus de iustit. et. 1. dif. 31. concil. 3.* Victor. Sotus. Ledesma. Salón. Bannes. Henríg. & alii relati à Suar. lib. 4. de immunit. Ecclesiast. cap. 8. num. 2. Fundamentum est, quia ex iure diuino naturali hæc exemptione non est, neque item ex iure diuino possum. Ergo restat, ut solum sit ex iure Pontificio. Antecedens quodam primam partem proba. Nam character clericalis ex se, & ratione sui non eximit Clericum à iurisdictione seculari. Tum qui hic character solum habet deputate hominem diuino cultui, sed hæc deputatio stare optimè potest cum subiectione temporali Principi in iis, quæ diuinum cultum non impediunt: primò, quia illo character stante sapient Clericus subiectus fuit seculari iudici, vt constat ex principio Ecclesiast. ex Paulo ad Rom. 13. iuxta Chrysostomi explicationem, & act. 25. & ex hoc titulus *C. de Sacrofaniis Ecclesie, de Episc. & Clericis.* Quapropter Iustinianus constit. 83. primus concessit priuilegium fori, Clericis, in ciuilibus tantum, Episcopo non impedito, & in criminalibus eos subditos parentes facultati reliqui. Secundò, quia modo Clericus subiectus iurisdictioni laicali, vt pareat in iniuriis minoribus ordinibus, neque beneficium habentibus, iuxta Concil. Trident. *Jeff. 23. c. 6. de reformat.* qui priuilegio fori non gaudent. Tertio, in causa ciuili reconventionis, & in causa feudi, & aliis infra subiectis iurisdictioni seculari subditur. Et denique cum delictum graue committit, ob quod seculari curia interficiendis traditur, à iudice seculari iudicatur, & puniatur, & non ex potestate Ecclesiast. hæc exemptione prouenire non posse. Alias semper eadem esset, & sufficit, & æqualis in omnibus Clericis absque villa variatione & mutatione. Quod autem neque ex iure diuino positivo hæc exemplo, prout in Ecclesia fit, proueniat, inde effaceretur probatur, quia nullus est locus in Scriptura, ex quo colligi possit. Nam ea, quæ ex veteri testamento referuntur pro contraria sententia, in tunc vim habere possunt, quatenus iure naturali fundantur. Nam omnia alia præcepta postius antiqua aduentu Christi, & promulgatione legis gratia cessaunt. Præterea quod ibidem loquuntur prophetæ de iniuria, & violentia facta iis, qui Deo sunt familiares: non de iudicio.

Locus autem, qui ex novo testamento referatur, hanc exemptionem minime probat, quia ex illa response Peri solum voluit Christum inferre ipsum, ut ipso filium naturalem regni Regis, & dominii cuiusverorum liberum esse à tributo. Petrum vero ex priuilegio propter eius specialiæ prærogatiuum, & dignitatem, Alias si vellet, ad omnes Clericos priuilegium illud extenderet, non limitaret solutionem pro se, & Petro, sed illam æquæ pro omnibus aliis Discipulis faceret. Item absurdum esse videatur ex equalitate huius solutionis inferre reliquos Discipulos, & factores, æqualem cum Christo, & Petro, cuique successoribus habere exemptionem. Neque obstat Clericos esse de familia Petri ut inde dicamus exemplo Petru aliquo omnes Clericos. Quia non est vetum exemplo patrono ab aliquo tributo, eximi necessarij omnes illius familiaries, præcipue æquæ exemptione. Item ead ratione omnes Christiani baptizati eximi possent à iurisdictione laicorum: quia etiam sunt specialiter de familia Pontificis, qui omnium Christianorum caput est. Denique illa exemplo huius exemptione à tributis. Ergo exemplo fuit in criminalibus, & ciuilibus ex tali loco non inferatur. Cum vero in aliquibus Pontificis decretis dicitur hanc exemptionem esse ex diuina ordinatione, & iure diuino, nisi verbis nihil aliud extendit, ut explicit Couarr. *vers. terciora prebat.* sibi ad similitudinem veteris factam esse, aut ex veteri lege originem trahere, ex particulari præcepto Pontifici dato concessam esse.

5. Et ex his maner solutiones secundum & tertium argumentum contrarium. Ad quartum dico non repugnare quælibet secundum vnam rationem esse inferiorem, & superiorem secundum aliam, vt patet in eo qui solum haberet Regem: sibi enim efficit subditus ratione regis dignitas, & sibi efficit superior ratione patris potestas: sic Clericus ratione dignitas clericalis est omnibus Regibus superior, & illis potest esse subiectus quodam politicum regimen. Ad quintum, negandum est non posse à Pontifice hanc Clericorum exemptionem concedi, concedit enim illam ex potestate accepta à Christo gubernandi illas Ecclesias: ad rectam enim illius gubernationem, & dignitatem clericali honorem, & splendorum convenientissimum, & forte necessarium est, vt Clerici laica potestate exempli sint. Debet ergo Pontifex illos eximere ex ratione fini munierit, quod recte fine tali exemptione exerceri non potest. Item credendum est Christum Dominum non solum constitutissimum, & confutato enim est, non solum ex canonicii electionibus potestate diuina factis, sed etiam Dei ordinatione. Ergo Deus ordinavit hanc immunitatem concedi: modum autem huius concessionis, tum quodam personas, tum quodam materias, ipsi Pontifici disponendum reliquit, sicut ex Christi præcepto latenter in potestate concessa Pontifici gubernandi Ecclesiam habetur, quod Pontifex Episcopis, & patribus iurisdictionem spiritualem concedat, quia absque illa recte Ecclesia gubernari non posset; at quantitate horas iurisdictionis Pontificis voluntari remisit, prout sibi visum fuerit convenienter, sic de exemptione dicimus. Et in hoc sensu verum est hanc exemptionem iure diuino fundatam esse, ab ipso que iure diuino provenire: prouenit enim à iure diuino quod concedatur, modus autem concessionis Pontificis remittitur.

6. Ex quo inferius manifestè à nulla humana potestate habere hanc exemptionem à Pontifice concessam tolli posse; quia nulla humana potestas est superior potestate supernaturali concessa Pontifici à Christo Domino, sed ex vi huius potestatis, & ex speciali Christi ordinatione hæc exemptione concedatur. Ergo à nulla potestate humana tolli, mutativa potest: sic Couarr. præf. quæst. cap. 3. num. 3. verf. *quarta conclusio.* Farinac. de inquisit. lib. 1. quæst. 8. num. 4.

7. Secundò inferius, neque etiam ipsum Pontificem tam integrè tollere posse, hoc est quodam omnes Clericos, & quodam causas, licet illam possit pro varietate temporum, & occasio-num restringere, & ampliare. Tum quia non potest Pontifex tollere, quod recte gubernationi Ecclesie necessarium est; quia non est ei data potestas in destructionem, sed in adiunctionem. Tum quia Clericorum exemplo Dei ordinatione fundatam est, eis modo exemptionis Pontifici fuerit commis-sus, Couarr. cap. 3. num. 4. & 6 Farin. lib. 1. tit. de inquisit. quæst. 8. n. 4. latè Suar. lib. 4. de immunit. coro cap. 10. præf. quæst. n. 18.

8. Sed inquires, an ipse Pontifex à Christo Domino exemptionis fuerit à iurisdictione temporali Principi? Et quidem esse exemptionem, sicut alij Clerici exempti sunt, nemini esse potest dubium: si enim ex potestate accepta à Christi gubernandi Ecclesiam potest, & debet Pontifex eximere Clericos à temporali iurisdictione; quia hæc exemplo recte Ecclesia gubernationi necessaria est, à posteriori recte ipsius gubernationi necessarium est, ut impleret Pontificis exemptionis sit, tum ob maiorem eius dignitatem, tum ob superiorum potestatem, quam in Principes, & Dominos temporales habet. Ergo potest, & debet ab eorum iurisdictione se eximere. Ad vero

ipse à Christo Domino immediatè sit exemptus, non est ita certum. Probabilius credo sic exemplum esse, tum ex illo Matth. 17. vbi Petrum à solutione tributorum exemptum esse iudicavit: præcepit enim solui tributum pro se & Petro, non quia debitum esset, sed ne alij scandalizarentur. Ex qua exemptione inferitur exemplo à fori iurisdictione, ut potè Pontificem minus decenti. Tum ob supremam potestatem, quam habet in Principes, & Daminos temporales, illos imperandi, & gubernandi, quatenus lata Ecclesiæ vitum futuræ necessarium. Quae potestas excludit omnino ut possit capi, & puniri à Princeps facultati sibi subiecto, ut potè quid indecessus, & indecessum tali supremæ potestati. Et præterea quia ex tali potestate potest ipso Pontifice Principem seculararem impetrare ne ipsum capiat, & puniat, & quidquid in contrarium fecerit irritare, & annullare. Ergo impossibilis est potestas Principis in Pontificem, cum non possit efficaciter contra voluntatem Pontificis executionem mandari. Ex quo si non possit Pontificem alterius iurisdictione submittere quodam vim coactuam; quia sumptus ab ipso Pontifice omnis iurisdictione penderet, & revocari potest, & eius efficacia impetrari: quæ omnia latius pro sequitur Suar. in defens. fidet. lib. 4. de immunit. Ecclesiast. cap. 4. §. 6. & 7. Mol. Thologus diff. 31. concil. 4.

P V N C T V M II.

Qui nomine clerici priuilegio fori gaudentes intelligentur?

1. Quilibet prima tonsura initatus gaudet hoc priuilegio spectato ure communi.
2. Quid in hac parte dispositum Trident.
3. Habens beneficium, præfimonium, & capellaniam collatum, imo, & coadiutoriorum ex assignatione Pontificis hoc gaudet priuilegio.
4. Pensionariorum plures censem non gaudere. Probabilius est op. possumus.
5. Titulus beneficij sufficit, tametsi illius possessionem non habeas, in probabilitate sententia.
6. In minoribus coniunctus debet habitum, & tonsuram d. ferre, & alieni Ecclesiæ inferire ex Episcopi assignatione, ut fori priuilegio gaudeat.
7. Virum portare debet, & habitum, & tonsuram, & hoc frequenter.
8. Qua ratione debet Ecclesia inferire,
9. Coniugatus in minoribus constitutis plures conditions habere decet, ut priuilegio gaudeat, & expendantur hic prædictæ conditions.
10. Religiosi tam viri, quam feminæ hoc priuilegio gaudent. Et qui intelligantur.

1. Spectato iure communii quilibet prima tonsura initatus intelligitur ex c. 2. de foro competenti, ibi aut Clericum illum eum, cum ibi notarii de Clericis coniugatis in 6. cap. Clerici, e. cum non ab homine de iudice, & tradit Couar. præf. q. c. 31. n. 5. in fine Ignat. Lopez præf. c. 62. n. 9. Farin. lib. 1. it. de inquis. q. 8. n. 5. Suar. lib. 4. de immunit. cap. 27. n. 3. August. Barboza de potest. Episcop. 2. p. allegat. 12. n. 1. & alij apud ipsos. Ratio est: quia Clericus ille dicunt, qui in foro Dei vocatus est, clericos. cap. per lectiones 21. d. i. c. 6. cum secundum de Praebendis. Ad cum quis prima tonsura initiatu. in foro Dei, cuiuscum ministerium, & feruum vocatur, & depuratur. Ergo.

2. Verum arto Trident. sess. 23. cap. 6. de reforma nullus clericus in minoribus constitutis fori priuilegio gaudet, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens aliqui Ecclesiæ de mandato Episcopi inferiori, vel in seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores sufficiendos, veretur. Ratio autem quare Trident, has speciales conditiores requiriuit in Clerico minorum ordinum ea est, quia Clericus minoris ordinis non tenetur in clericis perfeuerate cap. Iohannes de Clericis coniugatis, sed potest illum deferre, quod aliter contingit de Clerico in sacris, qui sine apostolata statum deferere non potest, & ad porrundam clericalem habitudinem cogi potest, iuxta text. in cap. tua de Apostoli iuncta glossa. Ergo conueniens erat in minoribus Clericis qualitates expostulare deponentes perfeuerantiam in statu clericali.

3. Dixi, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat. Nomine autem beneficij ad huiusmodi effectum intelligo quodlibet ius perpetuum percipiendi fructus, tametsi fructus ob penuriam temporum, vel alia de causa non percipiuntur: sic Garcia de benef. 1. p. cap. 6. num. 37. & 2. p. cap. 2. num. 9. August. Barboza alios referens 2. p. de potest Episcop. alleg. 12. n. 7. Hinc si habentem praefimonium in titulum, sicut sunt omnes Hispanæ, priuilegio fori gaudere; quia beneficium propriissimum habet, vi tradit alios referens Salzedo præf. cap. 61. num. 11. Garcia 1. p. cap. 2. num. 17. Aloysius Riccius præf. resolut. 327. vers. sufficit tercio, Gonzalez ad reg. cancellaria, glossa 15. §. 1. m. 11.

August. Barboza alleg. 12. num. 11. & alijs. Secundo, si habentem capellaniam collatum à Pontifice, vel Episcopo eodem privilegio frui; quia verè est beneficium: sic alij relatis Salzedo num. 11. Bartofa num. 10. cum Glossa in elem. fin. in glossa 1. d. Decimus. In extenu exercitabile verbo qua alias de Praebendis inter communis. Fis Tertiò, coad utorem canonizatus à Pontifice assignatur hoc privilegio, gaudet; quia in la coadutoria, cum habeat annexum obsequium [p]rimitale, p[ro]pter etiam beneficium nominatur, factum ad hunc effectum: sic Garcia 2. p. cap. 5. n. 9. Baibosa 2. p. potest. Episc. alleg. 12. n. 1.

4. Sed dubium est, si potest sub nomine beneficij ad hunc effectum comprehendatur? Negant Flamin. de resignat. lib. 1. quest. 11. num. 70. & lib. 2. quest. 15. num. 15. Azzbedo leg. 1. num. 5. vers. sed in penit. tit. 4. lib. 1. noua compilat. Capit. de Graffis de efficitibus clericis effectu 1. num. 119. cum seqq. Nicol. Garcia de benef. 1. p. cap. 5. num. 70. Gonzalez reg. 8. cancellar. glossa 5. §. 5. num. 6. Aloysius Riccius in decisi. curia. rchiep[isc]e. Neapolit. 2. f. dec. 7. 1. n. 11. & dec. 92. num. 10 ad finem Zenedo præf. & canon. quest. lib. 1. quest. 4. num. 32. cum seqq. Moventur quia penitus non est proprii beneficii; eo quod non sic ius perpetuum percipiendi fructus ob spirituali obsequium; si quidem pensionario moriente spirat; & confirmari potest ex cap. quanuus. & primi, de Praebendis in 6. vbi mandatus provideri de beneficis, non potest. x. vi huius decreti de pensionibus prouideri. Ergo penitus sub beneficio non comprehenditur. Item in cap. ad audiencem, vel secundo, de re scriptis, penitus à beneficio distinguuntur ibi annuas pensiones, seu beneficia. Idem colligitur manifeste ex Trident. sess. 21. de reformat. cap. 2. vbi nullus permititur facili iniiciari ad titulum patrimonij, vel pensionis, nisi necessitas, aut commoditas Ecclesiæ arbitrio Episcopi a iudice suadeat; fecit vero ad titulum beneficij. Addit pensionarium non esse obligatum horas canonicas recitare, sed rancum officium parvum Virginis. Ergo non est beneficium: Et ita refutatur decimum Garcia, Gonzales, Zenedo, & alij his verbis, cui referuntur finis sensus ut Clerico, si non incedit in habitu, ex tonsura non gaudet priuilegio fori. Cæcum probabilius credo pensionem sub nomine beneficij in favorabiliis Ecclesiæ comprehendi. Tunc quia penitus dat in titulum deci potest ius perpetuum percipiendi fructus; liquidem non finitur durante vita, quæ autem pro terra vita conceduntur perpetua sunt: sic docet Salzedo præf. cap. 62. num. 10. Eman. Rodriguez. tom. 1. summ. cap. 155. num. 11. Lazarte de Alcausal. cap. 17. num. 24. Crescent. decisi. 1. 4. de sentent. & re indicata, August. Barboza 2. p. de potest. Episc. alleg. 12. num. 8. & in remiss. concilij. sess. 23. cap. 6. vbi refutatur decimum tuisse à lacta congregatio. n. 18. decemb. 1595. Neque oblatum in contrarium adducatur, quia illa verisimilis sunt, & probant pensionem sub beneficio non comprehendendi in odiis, & que Ecclesia, vel particulari infesta sunt. Et ad responsionem facili congregacionis dicit Suar. lib. 4. de immunit. Ecclesiast. cap. 27. num. 11. te non credere esse fidelites transcriptum.

5. Secundo, dubitatur an debeat beneficij possessionem habere, an solus titulus sufficiat? Negant titulum sufficere Clarus in §. fin. quest. 36. num. 2. vers. hac autem in fine, & vers. regulariter autem, vbi Baird n. 14. Macard. de probat. concil. 302. num. 16. & 17. Menoch. cons. 10. num. 6. cum seqq. Sigismund. Scaccia de indic. caus. 1. n. 1. n. 82. Faust. lib. 1. praxis. 9. 8. n. 45. & 70. Carolus de Graffis de efficitibus clericis. effectu 1. num. 118. Aloysius Riccius præf. seri Ecclesiast. resolut. 327. num. 1. in 2. edit. Turchus præf. concil. litt. B. concil. 78. num. 8. Ratio esse potest, quia absque possessione non datur titulum ius in beneficium, cum mulius modis impedit possit: alias si solus titulus sufficeret ad hoc priuilegium, pluribus ratione vnius beneficij privilegium competet, instituto, tempore, & possidenti. At probabilius credo titulum sufficere, dum de eius nullitate non constat, sed potius validus reputatur: sic sacra congregatio cœnit 16. Iulij 1587. prout restatur Barboza in remiss. concilij. sess. 23. cap. 6 de reforma his verbis, Clericum prime tonsura presentatum ad capellam sacerdotalem, qui super talen presentationem obtinuit à Papa nouam pronissionem, etiam in vi motu proprio, posse in sua causa ciuilibus gaudere priuilegio fori, quanvis possessionem beneficij non habeat proper aliam ciuitatum, contra quem licet monit. Ratio ea est quia collatio beneficij verum ius in beneficium confert, & cui facta est, beneficiarius dicitur, maxime in iis, quæ priuilegium statu clericali favorable respicitur: & ita tradit Mellico in suo repertorio, verbo oblinere dicitur quis beneficium, Flamin. de resignat. lib. 7. q. 1. n. 47. Couart. lib. 3. variar. c. 16. in præc. Gigas de pensionib. 9. 94. n. 12. Zenedo præf. & canon. quest. lib. 1. q. 4. n. 22. Rebaff. præf. 3. p. tit. de Simonia in resonat. à n. 35.

6. Tertiò, dubitabis, an Clericus beneficiarius in minoribus constitutis, debet portare habitum, & tonsuram, ut fori priuilegio gaudet? Negandum videatur: quia vnum est duobus requiritum est à Trident. d. sess. 23. cap. 6. ex illi dictione ans. que disiungit, & ita tenet expressè Gonzalez reg. 8. cancell. glossa 5. §. 5. n. 5. Garcia de benef. 1. p. cap. 2. num. 4. & 5. August. Barboza in supradicto decreto concilij. 2. p. de potest. Episc. allegat. 12. n. 6. vbi plures refutent Farinac. q. 8. n. 70.

Verum

Verum si Clericus in minoribus constitutus beneficium Ecclesiasticum non habeat, tenetur habitum, & tonsuram deferre, ut fori priuilegio gaudeat, & insuper de mandato Episcopi alicui Ecclesiæ inferire, aut de eius licentia in clericorum feminario, vel schola, aliquave in vniuersitate versari, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos.

7 Circa quæ aduerte vtrumque portare debere, & habitum, & tonsuram, neque sufficië vnum alio omisso : quia per dictio-
nem copulatiuum & fuit à concilio requiri ex reg. lib. hac verba 1.4. ff. de verbis significatis : & tradit aliis referens August. Barbola 2.p. de poteſt. Episc. alleg. 12. num. 14. Modus autem por-
tandi vestem, & tonsuram clericalem debet esse frequens, &
continuus ; alias priuilegio carebit absque vla monitione : sic
Marc. Anton. var. ref. 48. n. 7. Riccius in praxi fori Ecclesiastici
resolut. 530. 2. edit. num. 4. Barbola alleg. 12. num. 19. Suar.
lib. 4. cap. 27. num. 12. At si ex aliquo caſe contingenti laicas ve-
stes inducas, non ob id priuilegio fori priuatus manes : quia suffi-
ciet se solitum esse clericales vestes portare, ab vnu enim fre-
quenti denominatio defumenda est : sic Farinac. lib. 1. praxis,
tit. de quaſt. 8. à num. 66. & seqq. August. Barbola 2.p. de poteſt.
Episc. alleg. 12. n. 20. Marcus Anton. d. ref. 48. n. 7. & Suar.
suprà. Sanch. diff. 46. n. 8. lib. 7.

8 Secundo, aduerte debere de mandato Episcopi alicui Ecclesiæ inferire, inferire, inquam frequentius quia non suffi-
ciet bis, vel ter inferire : quia verba illa perfeuerant seruitorum
in cancelli Zenedo præf. & canon quaſt. lib. 1. quaſt. 4. num. 5.
Cacolus de Graffis de effectu cleric. effidu 1. num. 11. 8. Aug.
Barbola in remissione concilii, ſeff. 23. cap. 6. circa finem, & 2. p.
de poteſt. Episc. alleg. 12. n. 14. Item debet illud seruitorum esse de
preſenti, alias non dicatur seruire, sed ſeruif : ſic Graffis num.
117. & Barbola suprà. Item debet esse in spiritualibus, hoc eft
in exercicio ſu ordinis : ſic relati Doctores. Deinde debet esse
frequenter, ſi pro maiori parte temporis. Vnde interpolatio
aliquorum dierum, ſi iterum reverat, non tollit priuilegium,
Barbola de alleg. 12. num. 13. An vero debet eſſe eidem Ecclesiæ
ab Episcopo aſſignata, affirmat Graffis n. 117.0. & videtur
ibi conuenire Barbola suprà. Quia alteri Ecclesiæ inferire, non
verificare inferire de mandato Episcopi, ſed ex voluntate
propria. Ceterum, credo ſufficiere, ſi ab Episcopo aſſignatus ser-
vitorum alicuius Ecclesiæ, cuicunque inferiat : quia iam Ecclesiæ
inferire de mandato Episcopi, tamē non ſit cui inferire debet : & ita sacram congregationem responditie reſtatur Barbola
in remissione concilii, ſeff. vtrum Clericos. Hoc tamē man-
datum Episcopi ſufficiet ore tenus datum. Tum quia ita haber-
praxis. Tum quia non expulſorū ſtatuta ſcriptura : ſic Aloysius
Riccius in praxi fori Ecclesiastici ſolus. 525. in 2. edit. & in
1. doc. 601. Barbola alleg. 12. num. 23. Requiritur tamē eſſe
exprefſum, neque ſuffici implicitum in ordinum ſuceptiōne :
alias fruſtra concilium exprefſiſt : ſic Menoch. de paſumpt.
lib. 6. quaſt. 76. n. 41. Zenedo præf. lib. 1. quaſt. 4. n. 24. & 26.
Barbola alleg. 12. n. 13. & in remissione concilii, ſeff. 23. c. 6. fine.
Eadem ratione explicanda ſunt illa verba de licentia Episcopi
in aliqua ſchola, vel vniuerſitate, &c.

9 Quod ſi clericus in minoribus confititus coniugatus ſit,
mandat Trident. ſeff. 23. cap. 6. ſetuari decretum Bonifac. VIII.
in c. 1. de clericis coniugat. lib. 6. ꝑbi hos deſerit gaudeare priuile-
gio fori in criminalibus, dummodo habitum clericalem, &
tonsuram deferant, & alicuius Ecclesiæ ministerio ſint ab Epis-
copo depuati, & insuper cum virgine contraherint : qualibet
enim ex his conditionibus deficiente priuilegio ſupradictu-
care : ſic Courat. præf. ſcap. 31. à num. 6. & 7. Carolus de
Graffis de effectu cleric. effectu 1. num. 84. Farin. lib. 1. t. 1. q. 8.
& n. 6. & ſeqq. & 64. August. Barbola 2.p. de poteſt. Episc. alleg.
12. num. 25. 26. & 27. Prima conditio ex conſuetudine eſt ex-
pliſcanda. Ille ergo dicetur clericalem vſet portare, qui vſa
veſt iudicatur clericus, ſecus ſi laicus eſtimetur : ſic alios re-
ferens Courat. n. 7. Farinac. num. 69. Clarus q. 36. vers. dixit.
clericum, Thom. Sanch. lib. 7. diffut. 46. num. 6. Suar. lib. 4. de
immunit. Ecclesiast. c. 18. num. 4. vbi aduertit non ſufficiere, vt
defeat habitum clericalem tempore quo in Ecclesiæ inferuit,
ſed neceſſarium eſſe, vt in communī ita incedat. De ſecunda
conditio, nempe de deputatione ad seruitorum Ecclesiasticum
iam diximus. De terciā, ſcilicet matrimonio cum virgine, latè
Sanch. lib. 7. diffut. 46. Courat. d. cap. 31. Farinac. præf. quaſt. 8.
& num. 8. Sufficiit, ſi tempore contracti matrimonij virgo
fuerit, aut taliter fuerit reputata : etlo poſte adulterium com-
mittat : quia non attendit euentus futurus : ſed præfens
principiū in favorabilibus, & ſoluto cum virgine dicitur
contrahisse : ſic alios referens Farinac. suprà, & Sanch. num. 3.
& August. Barbola num. 26. Suarez. cap. 28. num. 7. Addi ſi
a ſolo contrahente virgo fuerit ante matrimonium cognita,
cum virgine reputatur contrahisse : quia copula antecedens ma-
trimoniu m inter ipſos contrahentes, matrimonio ipſo videatur
purgata : ſic ex communī ſententia reſtaur Anton. Gom. var.
refol. tom. 3. cap. 10. à n. 4. Clarus in præf. ſ. fin. quaſt. 36. vers.
guero an clericus, & verſ. ſed an ille. Farinac. quaſt. 8. num. 8.
Suar. lib. 4. cap. 28. num. 6. Deinde ſi matrimonio cum daubis
virginibus fuit contrahit, & cum una ſola consummatum, quia

altera vel mortua fuit, vel ad religionem tranſiuitante conſum-
mationem, non priuatis priuilegio fori : quia non confers bi-
gamus ; ſed potius confers contrahere cum una, & virginem
alius enim contactus, quia consummatuſ non fuit, non te-
patur : ſic cum Gloſſa in cap. unico de Cleric. coniugat. in 6.
tradit Suarez. c. 28. n. 6.

10 Præter ſupradictos alij, tamē ordinibus initiati non
ſint, clerici reputantur, & fori priuilegio gaudent. Hi ſunt re-
ligiosi, ſue patr. ſue femina, etiam conuerſi, vulgo dicti laici :
ſic enim vocantur, non quia religiosi non ſint (tunc enim re-
pōt qui profecti ſunt votorum emitunt in religione ap-
probata) ſed quia ministeriis temporalibus depurant abique
vlio ordine insigniti : ſic Decian. træt. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9.
num. 28. Carol. de Graffis de effectu cleric. effidu 1. num. 97.
Nicol. Garcia de beneſt. 1. p. cap. 4. num. 11. August. Barbola 2.
p. alleg. 12. num. 38. & Farinac. q. 8. num. 46. ampliar. 20. & pro-
bat textus in c. fin. de Religioſis donis. cap. 3. de foro compa-
tent. e. ſi quis ſuadente 17. q. 3. Secundo, nouit in religione
approbat ſub nomine Clerici, & religiosi in favorabilibus co-
prehenduntur : quia hie veſt religiosi non ſint, cum profesſio-
nem non emiferint, ſunt tamē in via ad religionem, & hoc
ſufficit, vt fori priuilegio gaudent : ſic multis exornat Farinac.
quaſt. 8. num. 46. vers. ampliar. 16. Azor. 1. p. inſtit. moral. lib. 12.
cap. 2. q. 2. Gutierrez de gabellus. q. 9. 5. num. 22. Barbola alleg. 12.
n. 37. & alij apud ipſos. Tertiō ſub nomine Clerici, ſeu religiosi
ad hunc effectum intelliguntur familiares religiosi, vulgo clau-
ti, qui ſe & ſua in religionis seruitorum trandulerunt. Tūlitas
lit. O. concl. 16. Peregrin. var. lib. 6. num. 7. Barbola num. 32.
Quarto comprehenduntur rectores Xenodochiorum: cum enī
Xenodochiorum Episcopi authoritate cœtum locuſ facerit, &
a laicis iuriſdiſione exempliſ, etiam illius rector exempliſ
eſſe debet. Barbola n. 40. cum Carolo de Graffis de effectu cler-
ic. effidu 1. num. 17. Quinto venimus ſub hoc priuilegio
recti tertii ordinis D. Franciscus in communicate viuēſſe quia
hi religiosi ſunt, vel ſaltem religiosam vitam imitantur, Graffis
in decr. aureis, lib. 2. cap. 49. n. 27. Mol. de inſtit. tom. 4. art. 3.
diffut. 50. num. 4. Suar. tom. de conſur. diffut. 22. ſeff. 1. num. 10.
Barbola alleg. 12. n. 41. At ſi hi non in communī, ſed priuatis
in propriis dimibis habent, eſto plures Doctores, quos rete-
& lequierit Tūlitas lit. E. concl. 17.0. Emp. R. o. tom. 2. queſ.
regul. q. 65. art. 4. ceneſant fori priuilegio gaudent, qua veſt
& proprie religiosi ſunt ; probabilius reputo illo priuilegio ca-
reare, & tanquam laicos iudicari, puniri poſſe. Tum quia re-
ligiosi non ſunt, cum non emittant tria vora ſubſtantia ſecon-
dum regulam à ſcde Apoſtolica approbatam ; neque religiosam
vitam degant, ſed omnino ſeculariſ, faciunt Clement. III.
de excommunicatis, quatenus dicit tempore interdicti non poſſe
hos à fratribus minoribus admitti ad diuinā officia. Quid non
ſicut, ſi verē religiosi eſſent, ſi alii relati doct. Malcaid. de
prob. concl. 957. num. 6. Graffis de effectu cleric. effidu 1. à
num. 92. Mol. Theolog. træt. 3. diffut. 50. à num. 4. vers. de
bis, Barbola alleg. 12. num. 41. Sexto comprehenduntur ſub
nomine clerici milites ordinis S. Ioannis, S. Iacobi, D. Benet-
eti, Auguft. Lazar. Stephan. &c. quia fatis conuertitum eſt,
an vere, & proprie religiosi ſint. Quapropter ex conſuetudine
iam recepta hi non iudeantur ab aliis iudicibus, quā à ſupe-
rioribus cuiusque ordinis : ſic Graffis d. effectu 1. num. 109. Na-
uarr. conf. 12. & 13. de regularib. Barbola n. 45. Septimo exten-
dunt aliqui hoc priuilegiū ad Eremitas, ſed hoc intelligi de-
bet, ſi in communite viuant religiosi approbatū ſecon-
tra religionem ſub nullius obedientia, quia verē laici ſunt, nol-
loque priuilegio ſtuantur : ſic Graffis d. effectu 1. numer. 101.
Man. Rodriq. tom. 2. quaſt. 60. art. 2. Barbola num. 43. Mol. tom.
3. træt. 3. diffut. 50. num. 4 fine, Sanc. in decr. lib. 4. cap. 16.
num. 10. Octauo poterat exendi hoc priuilegium ad penitentes.
Sed iam non ſunt vſu illę ſolemnes penitentes praetex-
cas quas ſancta inquisitio delinqüentibus imponeat, de quibus
iam diximus, qua ratione inquisitoribus ſint ſubiecti. Reliqui
vero penitentes priuilegio fori non gaudent : ſic Graffis num.
127. Barbola num. 44. Zenedo ad decr. collect. 34. Courat. c. 34.
num. 4. Nonō priuilegium hoc fori extendi dicitur, non lo-
lum ad clericos, ſed etiam ad corum famulos. At hoc intelligi
eft non de quibuscunque famulis, aut de quocunq; Clerico, ſed ſolum de famulis Episcoporum, qui proprii famu-
li, & ſexi ſint non mereordi conuicti, ve late, & etiā tradit
Decian. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 47. & 57. Farinac. præf. quaſt. 8.
num. 46. & facit textus in cap. fin. de officio Archidiac. Iem non
debet intelligi ſpectato nre communī. Quia nullus eſt textus
vt bene expendat Suarez. lib. 4. de immunit. Ecclesiast. cap. 29. à
num. 10. haec exemptione probans : & principiū ſtante Tri-
den. eſt manifestum ; quia Trident. omnes in minoribus con-
ſtitutis excludit à priuilegio fori, niſi habeant beneficium, &c.
Quocunq; ſolum ex conſuetudine intelligendum eſt, quæ con-
ſuetudo rationabilis eſt, vpoſt quæ iuriſdiſione, & authori-
tatem Episcopalem fouer. Cum autem in 1. Ecclesiast. ſeru-
12. q. 2. Seru Episcoporum, & Clericorum ab oneribus eximantur,
id eſt, quia inter bona domini computantur.

Decimo alij extendunt hoc priuilegium fori ad vxorem Cle-

115

rie coniugati: sic post alios antiquiores Tiraq. post leges coniugiales glossa 2.m.5.4. Auile. in capitib. presorum proemio, glossa 1.n.18. Anton. Cucus 1.3. inst. maiorat. iii. 9. n.20. & alij relat. à Sanch. lib.7. de matr. dif. 47.n.2. Probat primò. Quia priuilegium domino concessum omnibus qui sunt de familia conceditur c. fin. de officio Archidiac. At vxor est de viri familiâ l. mulieres. C. de dignitatib. lib.12. & l. fin. ff. ad municipalem. Secundò vxor sororis debet forum viri, ex l. cum quasdam puer. ff. de iurisdict. omni. ind. Tertio, exemplio à tribus data Clericis eorum uxoris communicatur ex l. Ced. de Episcopio & Clericis. Tandem in quauis dispositione stricta quæ concedetur viro, vxori sententia concessa iuxta doctrinam glossa in c. ad monere, verbo parvem 33. q.2. Verum hoc argumento, lolum continetur priuilegium concessum domino omnibus ex eius familia competere, quando ratio concedendū priuilegium aliis præter primum priuilegiatum potest committere. At cum hoc priuilegium in reuerentiam clericalis ordinis concessum sit, nemini præter ordinarios potest hæc reacterentia convenire, et quæ de causa hoc priuilegium personale est, non reale, neque alius ab ordinario competit. Solum de exemptione à tributis est specialis dispositio, ut vxoribus clericis competat. Sed hoc est spe-
cialis iure antiquo, ex eo non ex novo. Bonifac. V. I. I. de clericis coniugatis in 6. & Trid. s. 23. c. 6. de reformat. vbi clericis coniugatis solum fori priuilegio gaudere conceditur in criminalibus, vt dicimus. Affirmandum ergo est hoc priuilegium fori Clericis concessum, nequam ad eorum uxores extendi: sic alii relatis Sanch. lib.7. de matr. dif. 47.n.3.

Ex quo sit, si Clericus ad factos ordinis ascendat, vxore in seculo manente, nullo modo vxorem priuilegio clericali gaudere, quæ dissolutum est thorum, & mutuo cohabitatio, quæ porat esse occasio fruendi priuilegii viri: sic Sanch. num. 7. cum Alexand. de Neu cap.2. de foro competenti, num. 22. Secundo, si à fortiori viduam vxorem nullo modo priuilegio viri gaudere, tametsi dicemus viuente viro priuilegio viri ei communicari, qui solum communicant ei in consequentiam viri priuilegia. Ergo cessante priuilegiato principali, cessare debet accessoriis, & sic tradit cum glossa loquente de filiis l. C. de Episcopo & Clericis & ibi Baldio num. 5. & Alexand. de Neu suprà Sanch. dif. 47.n.4.

P V N C T V M III.

Explicantur aliqua dubia circa superiorēm doctrinā,

1. Clerici in minoribus constitutis si habitum dimittat, potest illum reassumere, ut priuilegio gaudere, tametsi pueri contrarium sentiant.
2. Si tempore quo habitum dimisit delictum committat, & postea habitum reassumere, negant plures gaudere. Probabilius est oppositum.
3. Si tempore, quo habitus est dimissus, capiatur à iudice, non gaudet priuilegio.
4. Quandoconuscatur fraus commissa in assumptione habitus clericalis.
5. Clericos negotiatores probabile est priuilegio fori priuari, oppositum probabilitus.
6. Quid dicendum de clericis armis gestantibus.

Primo dubitatur, an Clericus in minoribus constitutus, sive solitus, sive coniugatus, si dimittat habitum clericalē, possit iterum illum reassumere, ut fori priuilegio gaudere? Negant. Alii dic. lib.1. constitut. Rab.3. num. 22. Awendan. de sequendū mandat. Regum. lib.1. cap. 22. num. 15. & consequenter communiter Doctores Paduæ, vt restatur Ioano, Andreo, cap. Joannes de clericis coniugatis, quæf. 4. num. 19. & ibi Antiquar. num. 10. quæf. 4. Ratio est potest: quia illa dimissio habitus est quædam priuilegii renuntiatio, sed quod quis priuilegio renuntiavit, si renuntiatio illa acceptatur à superiorē, priuilegium amittit, ad illudque redire non potest. Ergo fida haec renuntiatio iam non est locus penitentie: si quia illa renuntiatio à superiorē acceptatur; si quidem statim Clericum priuilegio clericis alii, & in hoc sensu est vera regula illa. Quod semel placuit amplius di plicere non potest, & facit c. ut qui dux. de electione in 6. cap. onus de popular. prælatorum in 6. sedcundi ad aliam Ecclesiast. postquam vnam elegit sibi licentia penitus interdicta.

Ceterum, tenendum omnino est priuilegio gaudere reassumptum habitu, sic post alios antiquiores, quos referunt, docent Couriat. præl. quæf. cap. 31. num. 8. vers. 5. Petr. Barbos. l. filia 33. num. 33. ff. soluto mariti. Iulius Clarus lib. 5. præst. 5. fin. quæf. 3.6. num. 15. Thom. Sanch. lib. 7. de matr. dif. 45. num. 29. Sanc. lib. 4. de immunit. cap. 27. n. 18. Ratio est: quia ex duplice capite prouenient potest, quod Clericis dimisit habitum clericalē, illo reassumpto non gaudet priuilegio fori. Primo, quia illud renunciavit per dimissionem habitus, illa renuntiatio acceptata fuit. Secundo, quia in perpetuum ob-

illam habimus dimissionem illo priuilegio priuatur, sed ex nullis horum capiūm interfur hæc inhabilitas perpetua. Non ex renuntiacione s. quia priuilegium clericali statu competens nemini licet renunciate, cap. si diligenti de seco competenti, & fuit deci-
sum à laeca congregatiōne 11. Junij, 1587. prout referunt Sanc. sup. 3. & Aug. Barbos. in remissionibus Concilii, s. 23. cap. 6 de reformat. his verbis. Quidam Clericus charactere insignitus be-
neficium Ecclesiasticum obtinuit, cui postea animo vxorem du-
cendi una cum clericatu renuntiavit. Deinde non sequuntur matrimonio clericalem habitum reassumptum, & aliud beneficium exigui rediutus adeptus est dubitatur, an gaudeat priuilegio fori. Congregatio censit gaudere, quia priuilegium clericali renun-
ciari non potest. Ergo ex renuntiacione nequam potest inhabili reddi ad priuilegium antea habitum. Ex secundo, autem capite nullo modo inhabili redditur. Tum quia illa non est priuato penalitate, quæ supponat delictum, cum itētum fuerit huic Clerico habitum dimittere, sed solum est priuatio legalis ob non seruam conditionem. Cum ergo illa conditio perpetua non sit, sed semel assumpta, dimitti potest, & iterum reassumti, efficaciter priuationem priuilegij cum illa cohærente, quod non leviter indica: Clem. I. de vita, & honest. clericorum, iuxta glossam ibi verbo quædā, ibi Priuilegium clericale quædā promissi insisteret, eo ipso amittit. Et ergo amissio priuilegij non abolita, sed quasi conditionalis, dum conditiones ad illud habendum non seruantur: faciente textus in c. clericus, & 2. de vita, & honest. clericorum vbi Clericus qui vxorem duxit dimissa contura precipit, ut iterum rondeatur, si velit, inquam, priuilegio gau-
deat, ut explicat Abbas ibi n. 4.

Neque obstant contra adducta: quia hic Clericus dimittens habitum non perdit priuilegium, quia illud renunciatur, sed quia non seruantur conditionem ad priuilegium requiritur, lex autem constitutis amissione hujus priuilegij perpetuam, sed solum pro tempore non seruantur conditiones: quia neque in Concilio Trident. s. 23. cap. 6. neque in cap. unio de clericis coniugatis in 6. sunt aliqua verba certe indicantia: in dō potius indicant contrarium. Si quidem dicunt Clericum in minoribus constitutum, gaudere volumus priuilegio clericali, nisi habitum, &c. quasi dicere, quicunque in minoribus constitutus, qui habitum, & confutam deferat, &c. gaudere volumus priuilegio clericali. At qui semel habitum, & confutam dimisit, potest postea illud defere. Ergo potest priuilegio gaudere. Adde: illa limitatio nisi habitum, &c. est restrictiva iurius communis. Ergo solum intelligi debet restringere ius commune quædā eis, & non alio tempore.

Hinc optimè infert Sanch. alii relatis lib.7. dif. 46. num. 30. Clericum ducentum viam vxorem, sanguine virginem, con-
qui, ex mortua, omnia priuilegia clericalia, quæ solitus Clericus conceduntur, si eas conditiones præstet, quas alij Clerici soluti ad gaudendum priuilegio servare renuntiatur. Quia non fuit illis priuilegij ob matrimonium in perpetuum priuatus, sed solum fuerant ei suspensa durante matrimonio.

Secundo, & difficultius dubitatur, an Clerici minorum ordinum habitum clericalē longo tempore non deferentes ob causam casam sententia priuilegio esse priuati, si tunc aliquod delictum committant, & illo commissio habitum reassumant, priuilegio gaudente in illo delicto. Et ratio difficultatis est, quia tunc illa delicta commissa sunt ab homine laico. Ergo videtur de iurisdictione laicale esse. Ergo ob nouam habitus reassumptionem invalidatione Ecclesiastica non possunt conuenire. Item quia ad gaudendum fori priuilegio semper tempus delicti videatur spectandum, argum. l. 1. ff. de panis, ut multis relatis docete videtur Thom. Sanch. lib. 7. de matr. dif. 46. m. 10. iuncte n. 4. Ceterum, verissimum est priuilegio gaudere, sic tradunt a iis referentes Sanc. tom. de defens. fidei, lib. 4. de immunit. Ecclesiast. e. 15. n. 16. & e. 27. n. 8. Couart. cap. 31. n. 7. August. Barbos. alleg. 12. n. 28. Farinac. q. 8. n. 66. Carol. de Graffis de effectibus cleric. effectu 1. n. 8. & decimus referit à laeca congregatiōne Babofa in remissione. Concilii, decreto 6. s. 23. de reformat. his verbis. Censit Congregatio Clericum coniugatum, qui post dimissum habitum, & tonuram clericalē pro delicto aliquo in curia laicale est citatus, & ob contumaciam condemnatus fuerit: Si deinde reassumpto habitu, & tonura (modo non in fraudem) Ecclesiastica iuxta hoc decretum non posse, à iudice laico propter hoc delictum in carcere coniūti, aut personaliter adstringi, facit cap. si iudex laicus de sententi excommunicatiōne in 6. Ratio ea aliquipha clericis minoribus priuilegium conceditur, dummodo beneficium Ecclesiasticum habeant, aut habitum, & tonuram deferant, &c. Ergo quædam illud habent priuilegio gaudente iuxta texum in Clem. I. de vita, & honest. cleric. glossa quædā. Neque enim dictum priuilegiorum limitant iusta ad delicta commissa tempore clericatus, non ergo limitandum est. Et confirmo ex l. hos accusare, ff. de accusatoriis dicitur acusandū non esse legitum provincie de crimine commissio ante legationem. Ergo nec Clericos coram tribunali sacerdoti de crimine ante clericatum commissio. Ad rationem dubitandi respondeo delecta commissa tempore quo habitum clericalē dimisisti iurisdictionis esse sacerularis: at reassumpto habitu Ecclesiastica esse, sicut & est persona.

Sed quid dicendum, si illo tempore, quo habitum dimiserunt, a iudice seculari capiantur, aut citentur, & post captiōnem, aut cōtationē habitum re afflant? Respondeo prīuilegio catere debere: quia illa habitus reaſumptio videretur facta in fraudem iurisdictionis secularis: ac proinde non debet prodeſſe: ſic teneat Farinac. d. q. 8. num. 66. & 110. Barboſa. p. alleg. 12. num. 3. & in remīſiō. Concil. decret. 6. ſeff. 23. de reformat. circa finem. Quia generaliter quotiescumque alſumptio clericalis, beneficij, habitus, & conſura fit in fraudem iurisdictionis ſecularis eſſer clericale priuilegium, qui fraſ, & dolus nemini debet Patrocinari. Alias immunitas Ecclesiastica fomentum eſſet delictorum: ſic Gurier. præf. quæſ. lib. 1. quæſ. 5. Menoch. de preſumpt. lib. 6. quæſ. 76. num. 35. Iulius Clarus lib. 5. ſin. quæſ. 36. num. 43. Farinac. q. 8. n. 66. & 104. Barboſa. in remīſiō. Concil. circa finem, decret. 6. ſeff. 23. Zenedo ad decret. collect. 23. n. 1. & alijs.

Sed inquires in quo hac fraſ confitatur, & quando praefumatur? Respondeo prīmo cum ſuar. lib. 4. de immunit. c. 1. num. 17. conſider in eo quod clericalem habitum, vel ordinem affumas, ut medium tantum ad vitandam iurisdictionem ſeculariem, non ex animo perfeuerandi in illa. Quid potest contingere in alſumptione minorum ordinum post delictum, vel in alſumptione habitus clericalis dimitti: praefumetur enim te velle illis ordinibus, & habitu clericali ut non in perpetuum, ſed ad tempus, & querens neceſſarium medium fuerit ad vitandam laicalem iurisdictionem, qua intentio mala eſt, & fraudulenta, ac proinde digna priuatione clericalis priuilegiij. Verum ſi ex intentione declinandi ſeculare forum ordinem facimus, quia ab illo recedere non potes, non debet praefumti in illa acciptione fraudem intercurre, quia fraſ, & dolus non eſt, ſi iure proprio viris, & affumas medium ab Ecclesiā ordinatum ad vitandam ſecularem iurisdictionem, tamen ei ex intentione vitandi illam fuerit alſumptione: ſicut fraſ non eſt ſi poſt delictum commiſſum ad Ecclesiā conſugias. Eſſet autem fraſ ſi alſumeretur ordo non animo, perfeuerandi in illo, ſed relinquenti, cum timor non eſt iurisdictionis ſecularis, quod in alſumptione ordinis ſacerſtū non potest.

Respondeo ſecondo fraudem praefumi quiores immeſiāre post delictum commiſſum ſtatus clericalis alſumitur. Tum quia praefumitur alſumptus tantum ad vitandam iurisdictionem ſecularē. Tum quia ipſum alſumptum delictum praefumitur commiſſum eſe ſpe ſe protegendi priuilegio clericali alſummo. ac proinde in fraudem. Ergo talis alſumptione ſtatus clericalis non prodeſt delinqüenti ad vitandam iurisdictionem ſecularē. Secundō praefumitur fraſ, ſi poſt diffamacionem delicti ſtatus clericalis alſummat: quia tunc timore iudicij ſecularis creditur alſumptus, & non ex animo in illo perfeuerandi: ſic multi relatis Farinac. lib. 1. præf. tit. de inquis. q. 8. num. 66. & 110. Excipe niſi fuerit alſumptione ordinis laici; ſic tunc non praefumitur fraſ ob rationem ſuperiorum dictam.

Quod si inquires, an hic ſtatus clericalis in fraudem alſumptus, elinqüas Clericos in delictis ante commiſſis ita ſubditum iurisdictioni ſeculari, ac ſi ſtatim clericali non alſumptus? Respondeo relinqueret aquē ſubditum quadam delictum delicti; & patitionem pecuniarium, ſeu in bonis deſideriis; non tamen quoad iudicium perfonæ ſeu punitionem illius. Quia alſumptione ſtatū clericali perfonæ ſacraſta eſt & Deo deſtinata. Ergo exempta à patitione corporali ſecularis iudicis, quia indecens eſt talis patatio, puniri tamen potest in pecuniis, quæ patatio indicat ſecularem iudicem eſſe iudicem cauſa, non perfonæ; ſic pluribus relatis firmitat Farinac. lib. 1. tit. de inquis. q. 8. n. 107.

Secundō, dubitatur an clerici immiſſentes ſe negociaſionis, & mercatoris, priuilegium clericali retineant? Ratio dubitandi eſt: quia clericis negotiatio eſt prohibita cap. ſin. de vita. & honori. clericis. Item cedit in opprobrio ſtatus clericalis. Ergo non debet eſti priuilegio illius ſtatus, que offendit cap. quia fraſta de vita ſic Ioann. And. Archidiacōn. Boſsus, Iulius Clarus, & alij quos referat Sanch. tom. 2. de mar. lib. 7. dif. 46. n. 25. Barboſa 2. part. de poſte. ſeff. alleg. 12. n. 30. & eſt probabilit̄ opinio.

Verius tamen eſt, Clericos coniugatos priuilegio fori gaudeat, tametis ſe immiſſentes negotiatio; quia ab eorum ſtatu aliena non eſt decens quedam, & moderate negotiatio, ac proinde ſi in hac parte excedunt non committant, neque per ſentientiam priuilegio fori priuari poſſunt, & probat teſtus in cap. Ioannes in fine de clericis coniugat. & tradunt plures referentes Sanch. lib. 7. de matr. dif. 46. num. 26. Barboſa 2. p. alleg. 12. num. 30. ſuar. lib. 4. de immunit. Ecclesiast. cap. 28. num. 9. Coniug. cap. 3. L. num. 8. Ad rationem dubitandi respondeo Clericis non coniugatis negotiatio interdictam eſſe de quibus non loquitur teſtus in cap. ſin. de vita. & honori. clericor. ſolumque ibi dicitur Clericos negotiatio vacantes, vt potest rei illicet, debet ſolvere tributa; quia horum ſolutioni bona negotian- tium ſunt ſubiſta.

Addit alios Clericos non coniugatos priuilegio fori non priuari ob negotiatio, niſi per ſentientiam priuari: quia

nullib⁹ ſtat negotiatio ipſo iure hanc priuationem inficit, ſuar. lib. 4. cap. 8. n. 10.

6 Tertiō dubitatur, an Clerici minores, portantes arma priuentur clericali priuilegio? Ratio dubiſt eſt: quia armorum delatio quibusvis clericis eſt prohibita e. clericis de vita. & ho- neſt. clericor. efficitque ne clericus appareat ille qui Clericus eſt, ob quam iationem Clarus lib. 5. præf. ſin. q. 36. n. 12. Sanch. lib. 7. de matr. dif. 46. n. 26. in fine, & inclut ſuar. lib. 4. de immunit. Ecclesiast. cap. 28. num. 5. ſentienti Clericum arma portantem priuilegio, clericali non gaudeat. Diftinguendum ta- men eſt, ſi ob armorum delationem potis faculatam habitum, quām clericalem deferre videaris, amitis priuilegium & quia non ponit conditionem ad illud requirat, ſeileat portare habitum clericalem. At ſi delatio armorum non tollit, quin Clericus appetas, ob illorum delationem priuilegium non amitis; quia nullib⁹ eſt cautum priuilegium clericale amitti ob ar- morum delationem. Neque aliud intendit Azoz. 1. p. lib. 3. cap. ult. quæſ. fin. dum dicit armorum delationem non repugnat huic priuilegio, ſi alias clericalis habitus reuinatur.

P V N C T V M . I V.

Quis ſit iudex, cum dubium eſt, an debebas gaudea- fori priuilegio?

- 1 Duplex eſt dubium iuri, & facili.
- 2 Nemo clericus preſumitur, neſi proberetur, & qualiter proban- dum eſt.
- 3 Sufficiatne unus teſtis? Cum diſtincione repondetur.
- 4 Forma, & publica quæſi poſſeſſione clericatus prebarat.
- 5 Si talis clericus in habitu clericali capiatur, remittendu eſt iudicii Ecclesiastico: ſc̄us ſi in habitu ſeculari.
- 6 Dum cauſa clericatus cognoscitur, non potest iudex laicus in ea u' procedere.
- 7 Iudex Ecclesiasticus cognoscit de clericatu, ut decidat an gaudeat priuilegio, quāmuis non diſt Doctores, qui ſentient, cum eſt controverſia de facili poſſe iudicem ſecula- rem cognoscere.
- 8 In huius cognitionis informatione citari debet iudex ſecularis.

1 Dplex dubium eſt potest. Aliud iuri, aliud facili: Dubium iuri ſit, quando non eſt conſtant in iure an no- mine Clerici gaudentis priuilegio intelligaris. Dubium facili eſt, quando dubitatur, an tu habeas qualitates requiratas, verbū gratia ordinis, beneficium, habitum, & conſuram, &c.

2 Supponendum eſt neminem Clericum praefumisſi proberetur, quia eſt qualitas facili: colliguntur ex cap. ſin. laicus de ſententia excommunicati. in 6. & cap. legem. 2. q. 1. Ignat. Lopez præf. cap. 62. num. 20. ad medium, Farinac. innumeris refectis lib. 1. præf. q. 8. num. 3. Sed qua ratione hoc probandum ſit, variante Doctores. Primum, certum eſt probari ſufficienter per literas clericatus, hoc eſt per illas literas, quæ vocantur ti- tuli ordinis, quālque foler Epifcopus ordinis conſerte in testimonium ordinis recepi. Si Couarr. præf. quæſ. cap. 33. num. 3. Maſcard. conel. 302. & ſeqq. Ignat. Lopez cap. 62. n. 16. & ſeqq. Decian. tract. criminib⁹. cap. 9. num. 26. & 113. Farinac. alijs relatis quæſ. 8. n. 40. Secundū, probatur per litteras commendatitias facientes mentionem de clericatu, & illis teſtantes, ſecundū ſi foliū referant eſſe Clericum. Quia he litera ſunt quālculi ordinum, & ex certa scientia ordinis date ſunt: ſic Maſcard. Salzedo. Decian. & Farinac. ſuprad. Debent tamen eſt he littere authentica, ſignate in qua ſigno ordinarij conſerto, Maſcard. conel. 302. num. 2. Farinac. diſ. n. 40. Tertiō, probatur per teſtēs, maximē ſi fuerint ratiū de- perdiſti, cap. 1. & 3. C. de clericis peregrini. I. ſextum. C. de teſtib⁹. I. ſi ſolemnibus, C. de fidei instrumentorū: & tradit gloria communiter recepta in eſi index laicus de ſent. excommunicati. in 6. verbo defecterat. Maſcard. de probat. conel. 302. à n. 1. & ſeqq. Salzedo. c. 62. n. 16. Decian. tract. criminib⁹. cap. 4. cap. 9. num. 14. Farinac. q. 8. n. 41. Couarr. cap. 33. n. 3. & alijs apud ipsos.

3 Sed dubium eſt, an vnius testimonium ſufficiat. Breuitate repondendo ſufficiet, ſi di nullius praetudicio agatur, ut puta cum perit licentia ad praedicanū, faciendum ſacrum, & familiā. Hæc enim, quia ſolidū pertinet noſere poſſunt, extra iudicialeſſer expedientiū: & proinde vnius testimonium ſufficiet, & colliguntur argumento à ſimili ex teſtū in cap. 3. in quo. Et in c. parvulus de conſerat. diſ. 4. & tradunt pluribus relatis Maſcard. de probationib⁹. conel. 302. num. 4. & ſeqq. Farinac. q. 8. n. 42. & 9. 63. n. 26. At ſi de praetudicio terri agatur, & conſequenter in iudicio, credo nequaquam ſufficiet diſlum vnius teſtis; colliguntur ex e. ſua de clericis peregrini, vbi dicunt clericatum probari per Scripturam, vel per teſtēs. Nota quod non dixit per teſtēm, ut ratiū inſtruatur plures eſſe reprobatores. Et ratio videtur efficax: quia quilibet habet iuris, ne ſibi diſlum inferatur ab iure manifesta ratione. Ergo ſi ex two ele- ricatu alteri dannum ſequitur, admittendum non eſt, niſi id manifeste conſerat: vnius autem teſtis ſolum ſem probabilem,

non manifestam facit. Ergo. Et ita tradit Mafcard. & Farinac. *suprā*. Ex quo si agatur lis super beneficio, & Petrus ob aliquod iuri libi competens prætentat colationem tibi factam nullam esse, vixit non Clerico; tu non probabis sufficienter clericatum vno teste; quia agitur de magno alterius præiudicio, scilicet de repelendo Petro à iure prætentio in beneficium: sic Mafcard. & Farinac. *suprā*. Limitant autem Doctores hanc sententiam, ut procedat cum agitur de petitorio. Secus si de possessione; quia possessorum levis est præiudicio causa que de causa censet Ignat. Lopez cap. 62. num. 16. ex *lola confessionis* patris probari clericatum ad huiusmodi effectum. At hoc credo intelligendum esse de iudicio possessionis, momentaneo, & preparatorio alterius iudicij. Secus si de possessionis iudicio decisivo. Quia decidere in favorem vnius possessionis altero excluso graue præiudicium est: sic Farinac. *quæst. 63.* num. 32. & 33. Fit deinde vno teste non probari sufficienter clericatus ad effectum vi iudex secularis abstinat à delinquientis cognitione; quia non leue est præiudicium impeditrum iurisdictionis fundata: sic Couart. *cap. 33. numero tertio*, Salcedo *præt. cap. 62. num. 17*, Farinac. *quæst. 8. num. 43.* & probat textus in *cap. tua fraternitatē de Clericis peregrinis*, & decidit lex nostra est. 4. in fine, *lib. 1. ordinam*, vbi dicitur. *En la carta, o censura que dieren los Iuces Ecclesiasticos para inhibir a los seglares de las causas de los de primera corona, y ordenes, ande ir auenencia de mante los titulos, licencias, y informacion*. Ecce qualiter plenam probationem requirit. Verum si cum dicto vnius testis fama concurreteret, crederem sufficienter clericatum probari. Tum quia licet præiudicium affectat huc probatio iurisdictionis secularis, fuerit tamen Ecclesiastica immunitati, & ita vaporate favorabilis non debet ita exactam, ac plenissimum probationem requiretur.

4. Quarò, soler probari fama, & publica quasi possessione per longum tempus: si enim in minoribus constitutus habuit, & tonsuram communiter deferat, & alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruias, vel de eius licentia in schola, aut universitate vertexis, Clericus es reputatus. Item si beneficium Ecclesiasticum possidias, & de eius possessione fama sit, non est dubium te habere intentionem fundatum; ac proinde quia te ab hac possessione detubare intendis, & iuri clericatus prædicare, probare debet plenè te Clericum non esse; quia dum hoc plenè non probat, iustus non est te à possessione deinceps. Et videatur facis probatum in *cap. si index laicus De sentent. excommunicat. in 6. & in c. inter quatuor, & ibi glossa de Clericis peregrinis*. Ex quo inferetur decisio illius questionis, an index laicus tenetur remittere delinquentem iudici Ecclesiastico, qui allegate se esse Clericum ex publica fama, & quasi possessione?

5. Breve et distingendum censeo, si caput fuit delinquens in habitu, & tonsura clericali, vel fama erat publica esse Clericum, ob cuius famam videretur esse in quasi possessione clericatus, remittendum est iudici Ecclesiastico custodiendum, etiam ante cognitionem cause iurisdictionalis ex *textu in cap. si index laicus de sentent. excommunicat. in 6*. Et ratio est, quia index secularis non habet intentionem suam fundatam; quam tamen habet delinquens, & Ecclesia. Neque obstat ex solo habitu, & tonsura neminem Clericum probari non probato tuto; quia haec quedam est leuis conjectura: conjecturis autem clericatus non videatur probari. Non inquam obstar: quia conjecturis officiis probatur clericatus ad effectum, ut talis reputetur, dum ab adversario contrarium non conuinatur: statio enim habitus clericalis, & tonsura longo tempore praestata quasi possessionem, & transferri in aduersarium onus probationis: sic colligitur ex *cap. si index laicus De sentent. excommunicat. in 6. cap. inter quatuor de Clericis peregrinis*. August. Barbo *alleg. 12. num. 34. fine*, Mafcard. *concl. 302.* & *seqq.* Farinac. *g. 8. n. 33. & 34.* & alij apud ipsos. Esto contra videatur tenere Couart. *cap. 33. n. 5. vers. fortiss.* Salcedo *præt. cap. 62. num. 19.* ex recepta consuetudine Hispanæ, vbi non remittuntur delinquentes Ecclesiastico iudici, quoque sententia definitiva de clericatus pronunciat. Quod si index laicus capiatur delinquente absque habitu, seu tonsura, credo obligatum non esse remittere iudici Ecclesiastico delinquenter, quousque manifessetur probatur fuerit Clericum esse, & communiter habitum, & tonsuram deferre, & Ecclesiæ ex mandato Episcopi deferuisse, &c. Ratio est: quia index secularis capiendo reum seculariter incedentem illius quasi possessionem acquisivit. Non igitur deurbandus ab hac possessione est ex sola fama clericatus: sic Ignat. Lopez de Salcedo *præt. cap. 62. num. 16.* & 18. confitit Farinac. *g. 8. num. 33. & 44. circa finem*, & testatur Ispis à Rota decisum esse, & clara videtur decidi à lege nostra 17. 7. 17. 4. 1. ordinatur ibi que los prendan y tengan presos en la carcel secular basisque la dicha causa del clericato se determine & in fine; inquit. Y no se guardando la dicha orden su magistrad pues esta fundada su intencion y la de su iurisdiccion real, no constando legítimamente de lo suo dicho procedat, &c.

6. Interim tamen dum causa clericatus cognoscitur, non potest index secularis in causa principali procedere ex expresso *textu in cap. si index laicus ibi contra eum tamen interim quin processus iudicis penitus conquiscat*; & merito; quia expressum

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars II.

ponitur periculo usurpandi iurisdictionem ubi non debitam, Salcedo *præt. cap. 6. num. 21*, Farinac. *g. 8. num. 33.* Scaccia de *indictio*, *lib. 1. cap. 11. n. 90.*

7. Sed inquires, quinam iudex debeat cognoscere, an delinquens clericatus priuilegium gaudeat? Et quidem si controversia est de iure, nemini dubium esse potest ad iudicem Ecclesiasticum illius decisionem pertinere; quia ad ipsum pertinet causas spirituales decidere c. quanto, c. de cernitione de iudicio. *cap. labor. cap. causam qua. Qui filii sunt legitimi, et quam de ordine cogniti. At controversias iuris canonici decidere quid spirituale est*. Ergo. Verum si controversia est de facto; an sollicitus clericatus habeat vel non, an habeat beneficium, an defecerit vetes clericatus, &c. Non defunsi qui ex illo penes iudicem facultatem esse talem cognitionem; quia illa non videatur cognitio rei spiritualis, sed temporalis, & contagentis: sic Guido Papa *decis. 13. 8. & cons. 110. n. 2.* Ioann. Gullus *quæst. 3. 8.* quos refert Couart. & Farinac. *loci statim referendū*, Clarus *g. 36. vers. dixi clericum & alij quos refert*, sed non sequitur Mafcard. *concl. 61. n. 4.* consentit ex parte Scaccia *lib. 1. de iudicio. cap. 11. n. 89.* Farinac. *quæst. 8. n. 34. fine*, quatenus affirmit iudicem facultatem cognoscere posse de clericatu delinquenter non ad effectum declarandi illum gaudere, vel non gaudere priuilegium fori, sed ad effectum remittendi illum iudicem Ecclesiastico, si facta summaria informatione cognoverit Clericum esse. Ceterum renendum est hanc toram cognitionem iudicem Ecclesiastico conuenire, & non laicari ex *textu in c. si index laicus de sentent. excommunicat. in 6. & cap. 1. de clericis conjugat. in 6.* Et quia licet sit controversia de facto, est tamen de quadam facto spirituali, scilicet ordinis ipsique pertinens. Item à jure canonico statutum Clericum in minoribus priuilegio fori gaudere, si beneficium habeat, vel habitum, & consuam defera. Ergo ad iudicem Ecclesiasticum pertinet, & non ad laicarem decidere, quis beneficium dicatur habere, qui've tonsuram, & habitum deferas & ita tradit Couart. *cap. 33. n. 1.* Salcedo *cap. 6. n. 14.* Anatol. Germon. *de sacra. immunit. lib. 3. cap. 15. à n. 55.* Stephan. Graian. *decepta. forens. cap. 190. à n. 13.* August. Barbo. *alleg. 12. n. 33.* Hanc igitur cognitionem, seu informationem vt faciat index Ecclesiastico ente debet iudicem facultatum eius fiscalē, vixit quorum interest. *cap. si index laicus de sentent. excommunicat. in 6. & tradit aliis testatis Farinac. g. 8. n. 37.* Barbo *alleg. 12. n. 34.*

P V N C T V M V.

In quibus causis gaudent supradicti clerici, & religiosæ personæ priuilegio fori.

1. *Ex dispositione Trident. clerici soluti, tam incivilibus, quam in criminalibus gaudent priuilegio fori, coniugati vero gaudent tantum priuilegio canonis, & fori.*

2. *Hoc priuilegium tam in civilibus, quam in criminalibus procedere affirmant patres.*

3. *Contrarium verius est, solum pro criminalibus prodeſſe.*

4. *Satisfit oppositum rationibus.*

5. *Pro exceutione sententia in causis civilibus potest index secularis Clericum coniugatum capere, & in carcere de trudere.*

1. Specie iure nouo Trident. omnes Clerici soluti, qui concilio concilio prescriptas feruant, gaudent priuilegio fori, tam in civilibus, quam in criminalibus. Est conclusio ab omnibus recepta in *cap. 2. de foro compet.* & *cap. cum non ab homine de iudice, per textum ibi*. Item gaudent exemptione à tributis, vt constat ex *toto ist. de immunit.* Ecclesiastici enim à iurisdictione laicæ personæ exemptæ sunt, ita etiam & eorum bona. An autem clericis minoribus hoc priuilegium in Hispania derogatum sit, infra examinandum est: Clerici vero coniugati conditiones à Trident. dispositas feruantes gaudent tantum priuilegio canonis, & fori, in ceteris autem reputantur laici, constat ex *cap. unico de clericis conjugat. in 6. & pluribus relatis firmat Couart. præt. g. 6. 3. num. 9.* Lambertus de iure patronat. *lib. 2. p. 1. q. 7. art. 3. n. 4.* Flamin. Paül. de resignat. benef. *lib. 4. q. 2. n. 100.* Ex quo fit fabiæ esse gabellis ex actionibus, iudicioribus, aliquis munibus publicis; quia haec non pertinent ad priuilegium canonis, & fori; scilicet cum glossa in *cap. unico tradit Couart. suprā*, Azor. *lib. 13. insit. mor. cap. ult. q. 11.* Sanch. *lib. 7. disp. 4. n. 16.*

2. Dubium tamen est, an priuilegio fori non solum in criminalibus, sed etiam in civilibus gaudeat? Non defunsi qui censeant ad omnia se extendere: sic Zenon Angel. Francus Lapus relata Sanch. & Farinac. loci referendū. Momentum primò, quia in *d. cap. unico de Cler. conjugat. in 6.* dicitur nec posse criminaliter, nec ciuiliter iudicari. Ergo à iudicio ciuilis causa exemplis est. Secundò, quia ibi dicitur eximi pro commissis excessibus, & delictis. Sed qui non solvit tempore præfixo, excessum, & delictum committit, Ergo non potest conueniri: cum tam indice seculari, vt soluat; quia iam conueniret pro-

L I C O M M I S S O

DE
CAS
PA

commisso delicto. Tertio, quia haec constitutio expedita fuit in declarationem cap. 2 de foro compet. Sed in hoc cap. Clericis conjugatis concedebatur exempio, non solum in causis criminalibus, sed etiam ciuilibus, ut cum Ioanne Andrea ibi restatur communis sententia. Ergo etiam in hac constitutione concedi debet iuxta doctrinam satis receptam quod lex declarans recipit omnes interpretationes legis declaratae ex texu cum glossa element. statum, verbo consuetudine de electione.

3. Ceterum, contraria sententia, ut potius communis, probabilior est, & omnino sequenda, quam pluribus defendunt Couart præf. quest. cap. 3. num. 6. & 7. Farinac. tit. de inquisit. q. 8. n. 7. Gutier. 1. p. de iuram. cap. 17. n. 11. & 12. Azot. lib. 13. insit. moral. cap. v. q. fin. August. Barbos. 1. de potest Episcop. alleg. 12. num. 25. Sanch. lib. 7. de matrin. disp. 46. n. 22. Ratio defumitur ex d. cap. unico de clericis conjugat. in 6. Nam in illo cap. conceditur his Clericis aliquod priuilegium fori, & aliud negatur; conceditur namque ut pro commissis ab eis excessibus, & delictis non possint ad iudicium seculariae trahi. Neque ab ipsis secularibus iudicibus personaliter aut etiam pecunialiter villicenus codemani. Negatur autem in ceteris hoc priuilegium fori, ut constat ex pluribus verbis texus ibi in ceteris autem eos gaudente nolumus priuilegio, &c. Ergo necessariò facendum est negandum esse priuilegium in causis metu ciuilibus. Congruentia huius dispositionis est maxima. Nam hac via & honor Clericis ordinis inspicitur, praecaudendo Cle- ricis puniantur à laice potestate, & ex alia parte iniuriant temporalium principum non multum inveniuntur. Secùs autem est, si tam in criminalibus, quam in ciuilibus causis effesse exempli, quia ob hanc exemptionem plures minoribus ordinibus iniciati matrimonium ducere.

4. Neque obtat suadendum contraire sententia: quia in d. cap. unico non concedetur his clericis vulum priuilegii in causis ciuilibus. Nam aquilibrium illud ciuiliter solum indicat non posse Clericum conjugatum pro excessibus, & delictis commissis à iudice seculari actione ciuiliter intentata iudicari. Constat autem in causa criminali duplicitas posse procedi & criminaliter, & ciuiliter; criminaliter, si ad instantiam accusatoris procedas ciuiliter, si nullus hoconus subire velit. Quod ergo ex d. cap. 2. nullum sit

argumentum ad textum in cap. unico de Clericis conjugat. in 6. 5. Sed inquires, ut pro executione sententia in causis ciuilibus possit index secularis Clericum conjugatum capere, & in carcere detinendre, & penas impositas compellere, ut sententia date obediatur? Ratio dubitandi est; quia tunc personaliter & corporaliter, seu pecunialiter clericus iudicatur contra dictum texum de Clericis conjugat. in 6. & unico. Ob quam forte rationem grauissimi Doctores docent nequam id esse licitum, sed incidere in excommunicationem can. si quis sudsante: sic Farinac. q. 8. n. 7. Zaballos præf. quest. 593. num. omne, & alij plures relati a Sanch. disput. 46. num. 23. Couart. præf. cap. 3. num. 7. in princ. Gutier. 1. p. 1. 17. num. 12. Montalvo. l. 25. post princ. tit. 9. part. 1. Ceterum, dicendum est cum Couart. Sanch. Gutier. & Montalvo locis allegatis posse iudicem secularium cum id iustum sibi vulum fuerit, & necessarium, capere, & in carcere detinendre Clericum conjugatum, ut sententiam datum vel dannam executionem mandet, quia haec non est usuratio iurisdictionis in debito, sed est vlus iurisdictionis sibi concessa: cum enim iudicis seculari datum fuerit causam ciuiliter decidere Clerici conjugati, necessario concedens illi erat vlus modij soliti ad illius executionem: alias frustra esset potestas decidendi causa ciuiles, si ad executionem decisionis non posset compellere condemnatos. Non tamen existimo per modum punitionis delicti inobedientiam commissi posse clericum, nec corporaliter, nec pecunialiter damnari; quia hoc negatur in supradicto cap. unico. Aliud enim est coronari ad executionem sententiae, aliud punire illius remissionem. Hoc secundum nego, primum concedo.

P V N C T V M VI.

Explicatur exemptio in causis criminalibus.

1. Clerici in minoribus constituti, & coningati seruantes prescripta à Trident. gaudent priuilegio exemptionis in causis criminalibus.
2. Pro nullo criminis quantumvis grani possunt supradicti à iudice seculari indicari.
3. Assasinij criminis videtur exceptum.
4. Ob nullum crimen (assassinio excepto) tradendus est Clericus curia seculari, nisi fuerit incorrigibilis & punitio iure.
5. Quia excipiuntur à supradicta regula.
6. Ex consuetudine ob plura crimina nulla corrigibilitate exponuntur traditum curia seculari.
7. Clericum incorrigibilem potest index laicus indicare, & punire.
8. Quia requirantur, ut Clericus sit incorrigibilis.
9. An per reconventionem possit Clericus à iudice laico iudicari, & puniri? Sub distinctione respondetur,
10. Clericus etiam si socius criminis cum laico sit, non potest à iudice laico puniri.
11. Hic laicus non punitur ab Ecclesiastico ex probabiliori sententia.
12. Satisfacti ratione contrarie.
13. Secularis index negligientiam Ecclesiastici supplicare non potest.
14. Quibus in causis ex accidenti possit index laicus clericum incarcere.

1. Item est omnes Clericos, etiam in minoribus constituti, & coniugatos seruantes prescripta à Trident. gaudent priuilegio exemptionis, iurisdictionis secularis, in causis criminalibus, quia id est expressè declinum de omnibus Clericis generaliter clericis, & qualiter, & quando de Clericis cap. 2. si diligenti de foro competenter, & specialiter Clericis coniugatis e. clericis, c. qualiter, & quando de Clericis cap. 2. si diligenti de foro competenter, & specialiter Clericis coniugatis e. clericis in 6. Videendum ergo est, si sunt aliqua causa, & quæ sit ab hac generali concessione excepta.

2. Primus enim dubitari potest de aliquibus criminalibus grauissimis, & forte degredatione dignis, scilicet de crimine laicæ maectis, de pettio, de falsa moneta, de homicidio, de conspiratione in Episcopum, & alii similibus, ac tandem de incorrigibiliitate.

Et quidem assertum est Clericum in sacris, & in minoribus beneficiari, vel habitorum clercicali & confiram defensionem, conditioneque à Trident. constitutas seruantem, nequam posse pro aliquo ex supradictis criminalibus à iudice laico indicari, & puniri, nisi prius à iudice Ecclesiastico fuerit illiusmisus: sic testantur ex omnium sententia Couart. præf. quest. cap. 32. num. 2. Sigismund. Scaccia de iud. lib. 1. cap. 11. num. 18. Farinac. lib. 1. tit. de inquisit. q. 8. num. 74. Suar. lib. 4. de immunit. cap. 11. à num. 9. Et constat manifestè ex pluribus texibus, præcepit ex cap. cum non ab homine & iudic. ibi. sive in furto, sive in perjurio, sive in homicidio, sive in ilio criminis. Idem habetur in cap. clerici, cap. 2. si Clerici eadem sit. Neque vlus est texus, qui hanc iurisdictionem iudicis seculari concedat. Ergo affirmanda non est. Quod si in aliquo regione, & prouincia confuerint introducendum sit Clericos in minoribus à iudicibus secularibus iudicari, & puniri pro aliquo dictorum criminum, videendum, & examinandum est, an legitimè fuerit introducta, quod mihi dicitur est, cum iuri canonico contraria sit, & à Trident. omnis confuetudo immunitari Ecclesiastica contraire fuerit abrogata.

3. Solum ab hac regula crimen assasinij videut exceptum; eo quod assasinus à toto populo est diffidatus, & qualis iam traditus, cap. 1. de Homicidio in 6. & tradit pluribus relatis Clarius S. assasinum, vers. sed quo. & q. 36. vers. item quo. Decian. 2. p. lib. 6. cap. 28. num. 18. Farinac. de inquisit. quest. 8. num. 82. & Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 1. num. 55. & alij apud ipsos. Adterto ramen prius debere constare de criminis, alias priuilegium clericale non amittitur, neque iudici seculari traditur, ut fitum Farinac. supradictum. Credetur autem modum constandi de criminis nullum alium esse sufficientem præter declarationem authenticam, & iudiciale illius ab Ecclesiastico iudice factam (quidquid in contrario dixerit Claus. dicta quæst. 36. sub vers. sed quo) quia penas annexas delictis non incurritur, seu ut melius dicam, non mandantur executioni, quoque delicta declarantur. Ergo pena diffidationis, & priuilegium clericali priuationis assasinio facta executioni mandari non debet, quoque assasinum declarantur. Ergo declarandum est à iudice Ecclesiastico, quia ante illum declarationem alius non habet iurisdictionem. Item qualitas iurisdictionis tribuens ante omnias dicitur, & probati debet, præcipue si à parte aduersa negata sit, ut tradit Bart. in l. madrum, ff. de condit. & demonstrat. & in l. si finita, S. Iulianus. ff. de danno infeste, & constat ex l. 2. S. sed si dubitat. ff. de iudicio. C. si quis

guis aliena, C. eodem tit. l. 1. §. ait pretor, si ne quid in flumine publico. & alii. Sed crimen affalni est, quod iudici seculari iurisdictionem Clericum tribuit, ut ilum punire posse. Ergo prius est tale crimen probandum. Ergo tales probationes, cum citata parte, & de persona fori privilegio tunc gaudente facienda sunt, necessario à iudice Ecclesiastico fieri debent. Ergo solus ille est qui hoc declarare potest, quae declaratio est quadam traditio, & remissio Clerici faciari potest: Farinacius q. 8. num. 86.

Nequis ad hanc traditionem expectari debet incorrigibilitas, sed eo ipso quo Clericus declarans fuerit affalus, iurisdictionem est secularis, constat ex cap. i. de homicidio in 6. & tradit. Bofus, Clarus quos referit, & sequitur Farinacius numero 84.

Sed inquit, an ob alium quodcumque crimen excepto affalio, Clericus curia seculari possit tradiri, absque eo quod fuerit incorrigibilis.

Breueri respondeo spectato iure communij ob nullum crimen, quantumcumque grauiissimum, Clericus tradendus est seculari curia, nisi fuerit incorrigibilis. Diaz, in præf. can. cap. 90. vers. contraria tanta opina, Bofus tit. de foro compet. num. 136. & 142. Couart. resolut. lib. 2. cap. 20. sub num. 7. Placha de delicto lib. 1. cap. 22. num. 43. Scaccia de iudice, lib. 1. cap. 11. n. 60 & faet Farinac. q. 8. num. 81. Probo primò ex cap. cùm non ab homine de iudicis, ubi generaliter dicitur pro quibuscumque cùmibus non posse ad iudicium faciæ & trahi clericos, sed à iudice Ecclesiastico preponendo esse; & si incorrigibilis fuerit, seculari curia tradendos. Ergo ad hanc traditionem incorrigibilitas praetequatur. Secundò ex cap. clericis de excessu prælatorum, vbi ob crimen Sodomia, quod grauiissimum est, post depositionem Clerici detinatur in monasterium, non autem cum seculari traditur. Tertiò in cap. Faecie de pauci in 6. occisorum Cardinalis non traditur morti, sed cogitur ita vivere, ut mortali vita sit. Tandem ex c. sua de pauci, ubi interrogatus Pontifex qualiter Clerici in latrociniis, & vel alio insignib[us] Clericibus deprehensi, puniri debeant. Respondet, quod si suis ordinibus degradati detinuti debent in artis monasteriorum ad penitentiam peragendam. Non igitur seculari curia traduntur; quia incorrigibilitas praetequatur.

Quinque enim ab hac regula excipi solent. Primo crimen affalni, de quo iam dixi. Secundo heresis ob quam Clericus curia seculari traditur et ab solvendam de Hæretis, cap. super eo, cap. accusatus de Hæretis in 6. Veneri, vt constat ex eidem textibus, non pro quaenam hæreti hæc pena imponitur, sed pro hæreti repetita post lenitatem, & consequenter post monitionem simili authenticationem; quia tuus iam presumitur incorrigibilis: sic Bofus tit. de foro compet. num. 137. Sigismund. Scaccia de iudice, lib. 1. cap. 1. & num. 60. Farinac. q. 8. num. 76. Tertiò, excipitur enim falsi in literis Apostolicis, ex cap. falsariorum De crimine falsi, sed ut notari Scaccia, & Farinac. supra hoc receptum non est, sed incorrigibilitas expectatur. Quartò, excipitur conspiratio in Episcopum, cap. si quis se curritam 11. q. 1. Sed ut benè notari glossa in dicto cap. cum non ab homine de iudicis, presupponi debet prius incorrigibilitas, si ex communij sententia restatur Scaccia & Farinac supra. Quintò excipi solet bis, vel ter repetito ciuidem delicti: si enim delictum repetitor enormiter sit, à iudice seculari venie Clericus puniendus cap. perpendemus, de sententia excommunicat, quia tunc dicitur se excommunicatis immiscere, cap. contingen. 2. de sententia excommunicat, cap. ex parte le Prinilegii, t. 1. de Apofatia, qui textus in numero plurali loquuntur; ac proinde indicant binam repetitionem nec illarum esse iuxta reg. plurimi loquuntur, de reg. iuris in 6. & tradit. Couart. præf. q. 1. 3. num. 2. & 3. Farinac. q. 8. num. 54. & seqq. At neque habe repetitionem sufficere, vt curie seculari tradiri possile Clericus, nisi ter prius monitus fuerit, sicutnam plures grauiissimique Dolores relati à Farinac. supra. Et videtur probari ex cap. audience, contingit de sententia excommunicat. in 6. & cap. si in loco eiusdem sit in 6. Quod intelligendum est, dummodo Clericus retineat habitum, contornerat; tunc enim clericis piolegum non amittitur ex expilio textu in cap. 1. de apostolis, cap. ex parte 2. de prinilegii, c. contingit de sententia excommunicat. At si telicò habitu, & confusa enormitas se immiterat; eo ipso probatum est Clericis amittere, & curie seculari puniendis retentur, vt ex Doctoribus supra relatis facias constar. Requirunt tamen, vt per sententiam iudici Ecclesiastici nouum sit Clericum enormous se immitere, & sine habitu, & confusa incedere, eum ubi b. habet, & confusa incidentem monitum ter esse, ne enormia commitat; alias iudex seculari iudicare, & punire illum non posse. Quia qualitas tribuens iurisdictionem prius probanda est, & sed si dubitatur, qd. lxi. quis aliena, ff. de iudic. ii. & 28. talis Abbas, c. si clericus laicu[m] de foro competenti. Quia probatio non a iudice seculari (qui nullam ante probationem iurisdictionem habet) sed ab Ecclesiastico cui Clericus subiicitur, facienda est. Præterea quia absque degradatione (excepto uno, vel altero casu) nullus Clericus a iudice seculari puniatur, sed degradatione fieri non potest, nisi prædicta criminis sufficiens probatio, & declaratoria sententia illius. Ergo antequam iu-

dex secularis iudicet, & puniar Clericum enormia committentem, debet a iudice Ecclesiastico sic esse declaratum. Vide Farinac. q. 8. num. 57. & seqq. Sigismund. Scaccia de iudicis, lib. 1. cap. 1. n. 80. & seqq. Quid si roges que sunt crimina enormia? Respondere prudentius arbitrio esse relinquendum, spectatio circumstantia delicti, & personarum, cap. eam illarum, cap. pertinet de sententia excommunicat. & ibi glossa. Reputarem autem quodlibet homicidium, fursum, adulterium, raptum, & genitaciter quodlibet crimen infamiam irrogans, esse crimen enorme ad hunc effectum: sic aliis relat. Farinac. q. 8. n. 59. & q. 18. sub n. 88. & seqq.

6. Dixi, spectato iure communij ob nullum crimen Clericum tradendum esse seculari iudici ponendum, nisi incorrigibilis fuerit; vt tacere indicarem ex recepta consuetudine sapienti nulla corrigibilitate expectata, si delictum nimis atrocum sit, & scandalolum, à virtutis plus, & prudentibus iudicatur republi- ca convenientem tale commententem è gremio Ecclesiasticorum personarum pelli, & ultro suppicio affici, vt de facto sapientia iudicatum est. Ergo alienum est à ratione hanc penam exequionis non mandari. Neque enim prius legum Ecclesiasticae immunitatis in favorem, & honorem suis clericalis introductum, in illius indecorum conserendum est: sic Couart. lib. 1. varie cap. 20. sub num. 7. Placha epist. delicti, cap. 2. n. 13. versio me lateat. Clarus in præf. quest. 36. vers. posterior & in fine, Farinac. quest. 8. num. 55. & 84. fin. In dubio autem semper in favorem Clerici, & immunitatis Ecclesiasticae iudicandum est, neque remittendus delinquens, quounque incorrigibilis fuerit: quia ius commune quod fieri potest seruandum est: sic Clarus & Farinac. supra.

7. Verum stante incorrigibilitate potest index secularis Clericum sic incorrigibilem iudicare, & punire ex text. in cap. cum non ab homine de iudicis: sic post alios anteniores tradit. Couart. quest. præf. cap. 32. num. 2. vers. 2. Carus præf. q. 36. vers. sic cessit, & q. 37. vers. dixi etiam, Farinac. tit. de inquisit. q. 8. n. 47. ubi cum Claro, & aliis aduersi puniendum esse tunc Clericum ponis à iure civili impositum. Et ratio est manifesta: quia puniunt ut laicos, non ut Clericis, & facit cap. ad falsarium de criminis falsi.

8. Quid autem requiratur, vt Clericus dicatur incorrigibilis? Respondeo spectato iure communij dici incorrigibilem, si sit moveatus. Primo sub depositione. Secundo sub excommunicatione. Tertiò sub anathemate. Habetur exp[ress]e cap. curia non ab homine de iudicis. At ex consuetudine, si terminatus sit sub excommunicatione, & adhuc contumax persistuerat, incorrigibilis est iudicandus. Quia factis eius duritiam ostendit, cum præceptis ter repetitis non obediatur. Dubium tamen est, si perferente haec contumacia possit index secularis iudicare Clericum, ut p[otes]t sua iurisdictionis, absque declaratione huius incorrigibilitatis. Affirmat Clarus præf. § fin. quest. 36. vers. sed queritur, Bofus in tit. de foro compet. num. 132. Alexander de Neuco conf. 59. sub numer. 20. & 30. Farinacius q. 8. num. 51. Scaccia lib. 1. de iudice, cap. 1. numer. 55. quia Ecclesia ipsa illam ob pertinaciam à se abdicat. Ergo supponit alia declaratio. Mihi tamen probabilius apparet necessariam esse declarationem iudicis Eccl[esi]astici de tali incorrigibilitate. Tunc quia haec incorrigibilitas est, quia priuat Clericum privilegio clericali, & seculari iudici subdit, sed nullus afficitur pena, etiam ipso iure lata, quoque delictum declaratur, vt latet in tract. de legib[us]. diximus. Tunc etiam quia haec incorrigibilitas est quia tribuit iurisdictionem, sed qualitas tribuens iurisdictionem probanda prius est. Ergo, &c. Secundò, dubitatur; san sufficiat declaratio quem esse incorrigibilem, an insuper desideretur depositus actualis, seu degradatio illius, antequam iudici seculari puniendus subdatur? Communis sententia docet declarationem incorrigibilitatis nullo alio superaddito sufficere, maxime si tenuata fuerit forma dicto cap. cum non ab homine de iudicis: quia ibi nulla sit mentio degradacionis. At credo hoc solum procedere in clericis minoribus, secus in iis, qui sunt in sacris: hi enim semper degradantur, antequam iudici seculari tradantur puniendi: sic Farinacius quest. 8. numero 58. & 108. & 109. dupl. c[on]sum excepit. Primo, si expediat republi- ca ob atrocitatem delicti sine degradatione Clericum punire. Secundò si decesserit degradans, & ob mortem impunitatis, & libertatis maxima estet suspicio. Sed h[ab]et[ur] ratio, vel nunquam contingere possunt. Tertiò, dubitatur, qualiter Clericus monendus sit, ut incorrigibile iudicari possit? Respondeo debet personaliter ter monitum esse, neque sufficiat lemle generaliter moneti, argum, textus in Clem. 1. de vita, & h[ab]et[ur] cleric. & tradit. ibi glossa, Cardin. Imola, & omnes, prout refutat Farinacius d. quest. 8. numer. 61. Couart. præf. q. 32. cap. 3. num. 1. Item debet esse interpolata cum aliquo dierum spacio excepit Farinac. cum Claro & aliis, nisi talis monitio in yondo fuerit facta: quia tunc videatur vim habere constitutionis, ad cuius vigorem una sufficit monitio cap. 2. de con- finit in 6. & 1. de locato.

Posito nullam iurisdictionem directam in criminalibus iudicem secularium in Clericorum sic incidentem habere, quoque que per Ecclesiam priuilegio clericali denuderetur. Restant

L 3 examinans

examinande aliquot difficultates de iurisdictione quasi indicata.

9 Prima, an per reconventionem possit coram iudice laico iudicari, & puniri: verbi gratia, accusati calumniosè laicum de delicto, potest ne laicus coram codem iudice te de calumnia reconvenire? Respondeo ad eff. etiam vitandi calumniam, repellendi calumniatorum, & defendendi innocentem, optimè poterit index laicus admittere reconventionem, & de falso cognoscere. Alias quomodo valebit veritatem inuestigare? Sic ex omnium sententia tradit. Couart, præf. quæst. cap. 18. in fine, ver. illud ver. Clavis præf. quæst. 3. vers. sed id quoque, Farinac, alios referens, q. 8. num. 26. fine. Verum ad puniendum Clericum cuius pecunialiter, nullo modo potest iudicari facularius admittere reconventionem calumnia: si Sua. lib. 4. de immunitat. Eccles. cap. 15. num. 11. Couart, Clavis, & Farinac, *sunt*. Gutierr. lib. 1. præf. quæst. 24. per torum, & alij apud ipsos faciente texus cap. qualiter, & quando, de iudicio: vbi Pontificis cognitionem cauafum Clerici à iudice laico faciendam omnino prohibet. Notandum namque est verbum *omnino*, quod denotat probitionem cuiuscumque cognitionis, nisi principaliter, huc incidentes, sive per viam exceptionis. Neque oblati testis in l. nullum, C. de testibus, vbi priuilegatus deponebat nullum coram iudice, qui alij non valet illum punire, potest ratione falsitatis. Non inquam oblati quoque loquuntur de testibus laicis priuilegiari, quibus privilegium in hoc casu auferitur. Secundum dicendum de Clericis: cui à iure canonico non est in hoc casu priuilegium sublatum.

10 Secunda difficultas est, an Clericus qui focius fuit criminis cum laico, possit, coram faculari iudice puniri? Et ratio difficultatis est: quia coram faculari sequitur naturam principalis ex reg. accessorum, de Reg. iuris in 6. Sed laicus (si suppono) fuit principialis agens, & Clericus illius auctor. Ergo coram iudice, coram quo conuenient laicus, & Clericus videatur conueniens. Ceterum dicendum omnino est nequaquam posse Clericum à iudice faculari puniri. Tum quia texus eximenes Clericu à iurisdictione laicali non limitant ad delicta communis principaliter. Alias quoties Clericus, cum laico ad furtum, vel homicidium concurrebat, puniendus esset à iudice faculari, quia regulariter presumendum est Clericum nequaquam fusile cauafum illius criminis principalem, quod absurdum est: Ad rationem difficultatis respondet accessorium sequi naturam principalis in eadem persona, secus in diversa ratione enim huius difficultatis crimen Clerici accessorum criminis laici principale est in suo genere.

11 Maior tamen dubitatio est: an huiusmodi laicos Ecclesiastico tribunali subdatur? Plures grauissimique Doctores censem necessariò subdit, ita post alios antiquiores testatur de communi Bosius tit. de foro compet. num. 116. in fine, & 146. & seqq. Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 37. 1. num. 13. fine, Sigismund. Scaccia de iudicio lib. 1. cap. 1. num. 24. Decio tract. Crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 44. extenduntque questionem non solum ad causas criminales, sed etiam ciuilis: ut si simul cum Clerico laicus haeres sit, & super hereditate lis moueat ab alio tertio, causa agitari debet coram iudice Ecclesiastico, & non coram faculari. Ratio est: quia illa est vniuersa, & individua causa nempe vniuersum delictum: verbi gratia vnum homicidium, furtum, tametsi à pluribus commissum. Item vniuersa haereditas, vno legatum. Ergo vniuersa debet esse index illius, ex text. in l. nulli, C. de iudicio. Alias in eadem causa pertinet sententia: quod est absurdum. At posito vnuam debet esse iudicem, atendum necessariò est debere Ecclesiasticum, & non facularium. Tum quia facularius non potest index Clerici ob eius privilegium. Tum quia priuilegatus, & magis dignus trahit ad se non priuilegiatum, & minus dignum, c. quando de iudicio cap. per tuas de arbitr. vbi ratione facularis potest laicus simul cum Clerico esse arbitrii in causa spirituali, & l. si communem, ff. Quemadmodum seruitores amittantur, vbi ratione facularis potest quis viam, & vsum retinete, quem aliis per se non poterat.

Ceterum probabilius, & in practica, regulariter seruatum est, laicum simul cum Clerico delinquente iudici faculari subdi, & ab eo puniri: & probari videtur in l. si quis vox, ff. de furtis in princ. vbi facilius criminis non gaudet privilegio loci. Tunc enim, & vox simul surupuerat res mariti. Titulus tenetur actione furti, sed vox solum tenetur actione rerum amoratum. Ratio est quia licet delictum in esse physicum (vt sic dicam) vniuersum sit, & individuum: at in esse morali multiplex est, & dividuum, iuxta multipliciter personarum. Quo enim sunt personae, tot sunt peccata commissa. Ergo ratione huius diuiditur quislibet delinquens suo subditus iudici. Ergo ab illo cognosci, & puniri debet. Nam vnius cognitio, & punio, alterius cognitio, & punitionem non impedit. Et confirmo, si pluribus fratibus, quorum vnius Clericus est, relata esset haereditas, sine dubio solus Clericus exemplus esset à tribus, & oneribus; reliqui vero frater laici tametsi cum Clerico commune patrimonium habeant, nequaquam liberi erunt à tributorum solutione pro parte sibi competente, vt cum Speculat. & Decio tradit. Couart, præf. quæst. cap. 34. num. 2. in fine. Ergo etiam similiter

dicendum est, delictum laici non debet esse exemplum à iurisdictione laicali; eo quod commune si cum Clerici delictum & ita multis rationibus probat Aymon. Sauill. cons. 232. lib. 2. & plures referens Couart. d. cap. 34. num. 1. circa finem, Claus præf. quæst. 36. ver. Cenit. plerunque Anton. Gom. ep. delict. cap. 10. num. 6. Farinac. lib. 1. tit. 1. de inquisit. quæst. 8. numer. 151. admitti tamen posse, laicum erian à iudice Ecclesiastico puniri, si in captiva iudicem faculariem præueniat. Sed non credo. Vide Gutierr. lib. 1. præf. quæst. 6. optimè hunc casum decidentem.

12 Neque obstat ratio contraria. Concedo esse vnuum delictum physicum, & individuum, nempe vniuersum furtum, vnuum homicidium, quia hanc vnitatis sumitum ex vnitate patet. Nego tamen esse vnuum morale, sed multiplex pro multiplicitate delinquientium; eaque de causa optime possit plures sententiae fieri, quia aduersentur dispositiones l. nulli, quia feruntur in causa moraliter dividua, & distincta. Ad texum in cap. per tuas concedo laicum simile cum Clerico posse esse arbitrium in causa spirituali, quoniam solus esse non potest quia non prohibetur esse arbitrii ob incapacitatem, alias nec cum Clerico esse posset ex 1. Petrus, ff. de arbitr. sed prohibetur ob quandam decentiam, & honestatem, vt bene dixit Abbas cap. ciii. l. nullus de Arbitris. Quæ decentia, & honestas supplicentur cum Clerico sufficiant arbitrium. Ex hoc tamen solum probatur posse laicum à iudice Ecclesiastico puniri: quia punio laici non prohibetur Ecclesiastico iudici ob incapacitatem, sed ob decentiam. At non inferunt laicum iudicem priuandum esse iudicio, & iurisdictione in laicis delinquientem. Ad l. si vnuum respondeo intelligendum est in causa, quia nullum, vel saltem commendam patet in diuisione.

13 Tertia difficultas est, an Ecclesiastico iudice negligenter in positione alieuius Clerici delinquentem recipi posse ad iudicem facularium? Ratio difficultatis sumitur ex cap. lxx. ex suscep. de Foro compet. vbi negligentibus iudicibus facularibus recurrunt ad Episcopum, vel Pontificem. Ergo è contra negligentem iudice Ecclesiastico ad facularium eit recursum.

Ceterum, pro certo habendum est, nequaquam posse faculari iudicem Ecclesiastici negligenter supplicare in Clerico positione. Quia iurisdictio Ecclesiastica non subiecta faculari, sed potius facularius subiectus Ecclesiastica. Ergo facularius iurisdictio non potest Ecclesiastico negligenter supplicare: & ita testatur esse omnium sententiam ex d. cap. lxx. suscep. Farinac. quæst. 8. num. 46. fine, vbi affirmat negligentem ordinario Ecclesiastico recurrentem eis ad alium Ecclesiastico illius superioris, & omnibus negligentibus ad Papam capitulo in fine de iudicio, & glaucit. 11. quæst. 1. At Pontifice negligente non potest ad Principem recurriri, nisi forte hoc necessarium fuerit in defensionem suorum subditorum, & non alter, & ita explicandus est texus in e. filii 16. quæst. 7. vbi Prætaxis negligens imploratur auxilium Regis, non quidem vi iudicis sed vi protervioris, & defensoris.

14 Quarta difficultas est, an Clericus capi, & incarceras aliquando possit à iudice laico; Clatum est pet se, & propria autoritate non posse: quia captio, & carcereatus actus est iurisdictionis, quam in Clericis nullus exercetur potest: si ergo solle communiter recepta in cap. ciii non ab homine de iudicio, & cap. si vero de sentent. excommunicat. & cap. si captio de officio ordinari in 6. per supradictum texum, Bosius tit. de captura. n. 3. & de foro compet. num. 150. Farinac. q. 8. n. 11. Dixi per se, & ex propria autoritate. Nam ex autoritate Ecclesiastica expellit, aut praemputa aliqui sunt catus, in quibus illi liberum est. Primum, si de mandato superioris Ecclesiastici capias: quia tunc illa capio non facularius, sed Ecclesiastica diecanda est, quidem si nomine, & authoritate Praelatice Praetatis colliguntur ex cap. vi fame, §. fin. de sentent. excommunicat. & alii relatis docent Bernard. Diaz. præf. cap. 180. n. 12. & 23. Farinac. q. 8. num. 116. & 117. & aduterii num. 18. non posse iudicem laicum detinere in suis carceribus Clericum sic caput ultra viginti horas. Ego vero exstimo neque ad tempore detinere posse, si breviore posset ilium Ecclesiastico Praetato remittere: quia alij neque Praelatos Ecclesiasticos præsumuntur consentire, neque facularius index causam habebit Clericum detinendi: ita doct. Felix. in d. evan. non ab homine de iudicio, n. 4. in fine, Vniuersus commun. opin. de bo. iudice laicu. Temps.

Tertio, potest laicus Clericum capere pro solutione debiti ciuilis; ut illum suo iudici remittat, si conditions relatae in calu precedenti adiut. Primo, si sit suspectus de fuga. Secundo, ut ab Ecclesiastico iudice non potuerit impetrari de illo capiendo mandatum. Tertio, ut quamprimum fieri possit, Ecclesiastico Prelato remittatur. His ergo conditionibus exsuffientibus non solum index laicus, sed etiam creditor potest Clericum debitorem capere, & detinere quia haec captura, & detencio non tam est actus iurisdictionis in Clericu, quam defensionis proprias: & ita tenet alios referens. Couart. 2. var. cap. 1. num. 9. ver. 1. et 2. Finis tit. de captura, num. 27. Farinac. alii relatis 9. num. 119. & tit. de carceri, quod 27. num. 1. Gutieri. præf. quod. lib. 1. quod. 82. num. 2. Aduerio tamen, si iudice laico, vel creditori constaret Clericum fugientem, vel de fuga suspectum nulla bona habere, quibus factis faciat, vel nulla alia, nisi quia secum portat, & haec ab illo possunt eripi, quia persona Clerici capiatur, nullo modo poterit Clericus capi, & detineri. Quia Clericus ob debitem ciuilis, neque etiam a iudice Ecclesiastico capi, & incarcari potest, iuxta textum in cap. Ordinatio de solvitione. Et c. 2. deside iusforib. & tradunt alii relatis Couart. 2. var. cap. 1. num. 9. Menoch. cap. 183. num. 9. & lib. 1. q. 88. num. 8. Farinac. de carcer. q. 27. sub num. 6. & seqq. & facit l. ait. prætor. S. si debitorem, s. qua in fraudem creditor. At qui raro cognoscit potest a creditore, vel iudice seculari Clericum suspectum de fuga, vel iam fugientem bona non occultare; ea de causa honestatus eius captura, ut iude Ecclesiasticus eum compellat satisfactionem debitam exhibere, vel eius impotentiam declarere.

Quando capi potest Clericus a iudice laico, vel alio priuato, seruatis supradictis conditionibus, si alia via impeditri non potest delictum, in tertiam, inquam, personam committendum. Quia cuiuslibet datum est innocentem defendere, & iniuriam propulsare: sic Doctores statim referendi. Au autem pro impediente delicto non vergerente in damnum tertij, v. g. pro impediente fornicatione potest Clericus capi a iudice laico, ut pro proprio iudici remittatur corrigitur. Videut affinitate Alciat. post Abbatem in cap. cum non ab homine de iudicis, num. 23. Nauart. cap. 27. num. 8. Iulius Clarus lib. 5. fin quod. 28. n. 6. fuit. Suarez lib. 4. cap. 34. num. 15. M. nocte. cap. 18. num. 21. Farinac. tit. de inquisit. quod. 8. num. 120. si quidem generaliter dicunt, ut obiectum delicti furto potest Clericum capi; quia tunc non capitur titulus iurisdictionis, sed a titulo defensionis hominis diuin, & boni communis reipublice, cuius interest, ut eius caues a delicti committentibus absilvent. At in his delictis causa procedendum est; immo credetem regulariter nullam taliter capturam licet esse. Quia alii a propriis Prelatis non est data potest violenter corrigiendi delinqentem.

Quinto capi potest Clericus a iudice laico, immo a priuato, si in flagranti delicto fuerit inventus; quia tunc a iure censori libera data potest, ex l. rapores d. Episcop. & Cleric. & tradit. alios referentes. Villalobos in e. m. opin. verbo Clericus. num. 16. & 77. Bernard. Dia. præf. crim. cap. 114. prope finem. Farinac. tit. de inquisit. quod. 8. num. 122. Clarus præf. quod. 8. ver. 1. vero loquuntur. Sigismund. Scaccia lib. de iudic. cap. 11. num. 9. Suarez & Nauart. suprà. Debet tamen adeste supradictis conditionibus, scilicet præsumi fugam, nisi tunc capiat. Secunda, ut non potuerit a proprio Prelato imperati mandatum. Tertia, ut stans iudicis proprio remittatur.

Sexto, denique capi potest Clericus quoties occidit, aut verberat, imponeat a quo lib. t. possit; quia capiatur minus damnum inferit: sic De. iudic. post Ioann. Andr. & Abbatem in cap. cum non ab homine de iudic. n. 9. Bosius tit. de captura, num. 6. Farinac. tit. de inquisit. quod. 8. num. 123. Tunc enim Clericus videtur prærogativi clericali deuadus, & seculari foro remissus.

P V N C T V M VII.

Qualis sit exemptione Clerici a iurisdictione laicali in causis ciuilibus.

- 1 In quo conficitur haec exemptione.
- 2 Limitant aliqui exemptionem Clerici, si causa agatur non personali actione contra Clericu, sed reali contra eius bona. Sed non admittitur limitatio.
- 3 Causa feudalis contra dominum feudi agitari debet. Secundus si de reparatione, & satisfactione senti.
- 4 Exceptio firmatur ab aliquibus in causa possessoria. Sed non admittitur.
- 5 Admittitur exceptio in bonis regalibus.
- 6 Clericus coram iudice laico conueniri potest, si citetur ad comparendum, & sua interest.
- 7 Item si conuenitur nomine alterius laici. Et hoc contestata sit.
- 8 In causa negligientie iudicis Ecclesiastici conueniri non potest secularis.

Regula generalis est, omnes Clericos solutos, in sacris Reconciliatoriis, & in minoribus, seruantes qualitates a Tri-

dent, praescriptas, exemplis esse a iurisdictione laicali in causis ciuilibus, ut comitatus ex e. nullus Clericus, e. nullus Episcopus, cap. placuit; & alii. 11. quod. 1. cap. si diligenter cap. significat, 10. de foro compet. cap. si index laicus de feneris excommunicatis in cap. secularis, de foro compet. Hoc tamen exemplio in eo consistit, ut nullus Clericus a iudicium secularis trahi possit, non autem ut ipse politi latum ad iudicium Ecclesiasticum trahere, ut manifeste probat text. in cap. experientia, cap. si quisquam 11. 1. Quia principium est ab omnibus receptum, a forem debere sequi forum ret. cap. Neminem, 3. quod. 6. l. vlt. C. ubi in rematio. Quod satis contentaneum est, ne provocatus duplex malum cogatur sustineat. Primo provocacionem; secundo, extraneum iudicium. Farcor tamen posse Pontificem examinare Clericos a iurisdictione seculari, non solum quando personam regerunt, sed etiam quando gerunt personam actoris, si id recte gubernationi Ecclesie vixum fuerit conteniens, quia cum iurisdictione secularis subiecta sit Ecclesiastica, potest Pontifex seculariter iurisdictionem limitare, & Ecclesiastical extendere, quantum conteniente fuerit fini, ad quem omnia ordinantur, qui est animarum salus, & sacramentorum reverentia, & divini oblationis cultus; & hoc satis confirmant priuilegia super concessa aliquibus personis convenientiis suis debitores laicos eorum Ecclesiastico iudice: sic ex glossa in cap. si clericus, verbo de Consuetudine, cap. ex transmissa in princ. de foro compet. & ibi Panormi tradit. Suar. lib. 4. de immunit. Ecclesiast. cap. 14. & 15. Generaliter autem non decet hoc Ecclesia priuilegium concedi, ne videatur Ecclesia litibus occasionem dare, & Clericorum araritiam souere, & iurisdictionem secularis affectare, & Ecclesiastica iudicia litibus occupare, & laicos offendere, & infestos habere. Sufficit ergo, si Clericos eximat, a laicis provocatis; quia tunc non pugnat in laicis, sed Clericos defendit; & proinde cessante haec omnia inconvenientia. Quod si aliquis hoc priuilegium, tam in agenda, quam in respondendo concedit, id est, quia Ecclesia benemeritus specialiter est, & ob causam cautam haec prærogativa decoratur.

2 Ab hac generali regula foliar Doctores aliquas causas exciperunt. Prima, si causa agatur, non personali actione contra Clericum, sed reali contra eius bona; quod contingit, cum lis fundatur, non in aliqua actione personali, & obligatione ipsius Clerici, sed in re ipsa, super qua litigatur. Tunc enim videatur posse Clericum ad tribunal secularis trahi. Qui non tam Clericus, quia eius bona trahuntur: in supradictis autem iuribus solum persona Clerici est exempta, non tamen eius bona. Ergo si contra eius bona laicus procedat, poterit Clericus convenire eorum iudice seculari: si plures, quos refert Tiraq. de rerac. leg. 8. 32. gl. 1. n. 8. 1. & Farin. tit. de inquisit. q. 8. n. 21.

Ceterum, haec exceptio admittenda non est. Tum quia non solum persona Clerici, sed etiam eius bona exempta sunt a iurisdictione seculari, cap. quoniam de eisib. in 6. similius 16. q. 1. Tum quia ex exemptione personæ in causa ciuilibus interficitur suorum bonorum exemptio: non enim circa bona moveri potest, quia bonorum dominus circetur, & comparete cogatur. Sed Clericus trahi non potest ad secularis iudicium ex textus supradictis. Ergo. Et ita tenet Tiraq. & Farin. suprà. Couart. præf. q. 31. n. 5. ver. 2. Sigismund. Scaccia lib. de iudicis. c. 11. n. 30. Villalob. in e. m. opin. ver. clericis, n. 70. Minsing. obversus. 22. cent. 1. Suar. lib. 4. de immunit. Eccles. c. 14. n. 11. Aduerio tamen Farin. Couart. & Scaccia subrà, contrarium sentientes non loqui de iure, sed de contumelidine locali, quæ extenda non est ad alias regiones.

3 Secunda exceptio est in causa feudali, in hac enim causa, siue de proprietate feudi, siue de eius possessione agatur, si Clericus conuenienter, conuenienter de bet coram domino feudi, etiam si laicus sit: sic pluribus firmat Clarus s. feudum, q. 90. ver. sed quid si vasallus. Menoch. de retin. poss. rem. 5. n. 396. & seq. & n. 400. Farin. tit. de inquisit. q. 8. n. 22. Sigismund. Scacc. de iudicis. lib. 1. 6. 1. n. 97. & alii plures. Ratio ea est, quia ita a iure disponitum est in fauorem feudorum, ut conflat ex cap. verum, cap. ex transmissa de foro comp. & sub ea conditione a iure approbata concedio ut feuda a principio. Verum, est hoc ita sit, si ramen causa non de proprietate, aut possessione feudi, sed de reparacione, & satisfactione senti.

4 Tertia exceptio si mutatur ab aliquibus de causa possessoria, quia haec videtur esse omnino temporalis, ac proinde seculari iurisdictioni omnino subiecta: sic gl. 1. in e. vno de iuram. calumni. Vincen. Ioan. Andr. in e. vlt. de iudicis. & alii plures relati a Couart præf. quod. 35. n. 1. & videtur probati ex dict. e. vlt. de iudicis. perimus 11. q. 1. e. causam que, vel 2. qui plus sine legi. vbi index laicaris, eriam inter Clericos de causa possessoria, quia nullam proprietatis cognitionem haber admixtam, cognoscit: & facit confutatio forensis Gallia, in qua causa possessoria beneficiorum apud iudices secularis deciduntur, etiam inter Ecclesiasticos.

Ceterum (quidquid sit de iudicio possessorio rei spiritualis inter laicos, aut inter Clericū actionem, & laicum reum) nullo modo

modo admittenda est exceptio, si Clericus reus sit, & conuenientur. Quia Clericus conuenienti non potest, nisi à iudice, qui ei sit superior. Cum ergo secularis iudex nullam in Clericum iurisdictionem habeat, fieri non potest, ut possit illum curare, & ad suum tribunal trahere, &c. & probat manifestè textus in cap. qualiter de iudicio, e. plancis, c. inolita n. quest. 1. authen. statuimus, C. de Episcop. & cler. tradit. vt omnino certum, Couar. præst. quest. 63 s. n. 1. circa fin. Menoch. d. recuper. possess. rem. 15. n. 223. & 234. & de rebus possess. rem. 3. n. 324. & seqq. Roland. conf. 23. vol. 2. Farinac. tit. de inquisit. q. 8. n. 23. verf. submis. a secundo. Azor. 1. p. lib. 5. c. 14. q. 1. Neque obstant adducta in contrarium, quia illa glossa in e. litteras, communiter reprobat: textus in cap. 7. de iudicio, non de dignitate Ecclesiastica, sed seculari, cuique iurisdictione tractat, & non inter Clericos, vt bene glossa ibi, & Doctores communiter. Item dicendum est de textu in cap. casam quæ agit enim de causa possessoria ad hereditatem tempore pertinente, non ad matrimonium, neque aliud quid spirituale, neque inter clericos. Textus vero in cap. petimus, auxilium iudicis secularis impiorat in favorem Ecclesiastica, non contra illum. Ergo nullum est fundamenum ad affirmandum Clericum adduci posse vt reum ad iudicium secularis. Neque consuetudo Gallie admittenda est, ut tempore iuri Pontificis contraria, nisi aliquo speciali priuilegio à Sede Apostolica concessio muniri.

5 Quarta exceptio est de bonis regalibus, quæ semper censuratur data sub ea conditione, ut coram seculari iudice decidatur illorum controversia, tametsi à Clericis possidentur. Et idem est quoiescunque Ecclesia, vel Clericis possesso aliqua relinquatur sub eadem conditione, ut in foro seculari illius controversia definitur: Si ergo Ecclesia, vel Clericus legatum admittit, conuenient possum coram seculari iudice: quia tunc non sunt rei coacti, sed voluntari, & tradit alij iudicis Sur. lib. 4. de immunit. Eccles. cap. 14. n. 13. Gnierr. lib. 1. præd. q. 10. n. 1. & fuerit text. in cap. verum de foro compet. vbi Ioann. Andr. & Hostiens.

6 Quintus casus, in quo potest Clericus coram seculari iudice conuenient, est, si curer ad compendium coram illo, non absolue, sed si sua putauerit interesse; quia citatione facta, si ipse compareat, neque declinatoriam opponit, obligatus est iudicio seculari, & illius sententia stare: tunc tunc non reus secularis, sed actor voluntarius dicitur, vt ex Bald. & alii in l. testam. C. de testam. tradit Farinac. quest. 8. sub num. 87. Dixi si compareat. Nam si non compareat, iudicari non potest: cleric enim innuit non comparando sua non interesse: sic Farinac. num. 90. Menoch. de recuper. possess. rem. 15. num. 228. Dixi item, neque comparendo declinatoriam opponit: quia declinatoria opposita, iam non est laicus competens iudex, si quidem sua non putat Clericus interesse coram illo compareare, & iudicari. Menoch. num. 232. Farinac. num. 91. & 92. aduentum citationem facienda esse ab eo alio aedicto compellente, & confingente Clericum iudicio stare. Nam si Clericus cicer, ut coram laico iudice compareat, si sua putauerit interesse, quin minus iudicabatur tanquam contumax, nulla est talis citatio, & omnia inde procedentia; quia per adiectum destruitur prior conditio, si sua putauerit interesse, & fit violenta citatio.

7 Sextus casus, in quo aliqui censent coram iudice seculari Clericum conueniri posse, est, si conuenient nominis alterius laici, verbi gratia, si hæres sit alius laici, & ratione hereditatis accepte conuenient, videatur conuenient posse coram seculari iudice: quia conuenient, quatenus persona defuncti representant. At hinc casus solum admittendus est, quando lis contestata fuerit cum persona defuncta apud iudicem laicum, tunc enim firmata est iurisdictio iudicis laici in tamen causam, & Clericus de fungo succedens nomine illius agit: Veum si his cum defuncto contestata non sit, nequaquam potest coram seculari iudice decidi, quia Clericus, tam quod personam, quam quoad eius bona exemplum est à seculari iurisdictione. Ergo non debet, neque potest illi se submittere: sic relato Abdate in cap. quia de iudicio, Bartol. in l. bases absens, ff. de iudicio, tradit Farinac. quest. 8. num. 46. ampliat. 17. Sigismund. Scacc. libro primo de iudicio, cap. 11. num. 23.

8 Tandem alij censent conueniendum esse Clericem coram seculari iudice, si contentus coram Ecclesiastico Ecclesiasticus negligens fuerit in causa decisionis. Quia tunc non tanagendo, quoniam defendendo laicum iudex secularis procedit; & facit cap. si quis cum clerico 11. quest. 1. & decidit Iustinian. in Aubert. de Sanctissimis Episcopis, collat. 9. alias novel. 123. cap. 21. s. si quis autem pecuniaria, & nouel. 83. seu Aubert. ut Clerici apud proprios Episcopos. Ceterum repellenda omnino est haec exceptio. Non enim datum est inferiori potestati superioris negligientiam supplere. Tum quia suppleri hanc negligientiam nequaquam potest secularis iudex, quia prius examinaverit negligientiam Prelati Ecclesiastici, sed ad huius negligientiae cognitionem nulla iurisdictione resideret in seculari iudice. Tum quia in cap. qualiter de iudicio, omnino prohibetur ad secularitem iudicem recurreri, etiam Ecclesiastico negligente: sic glossa, & Panormitan. ibi, & tradunt Doctores cap. licet ex suscep. de foro competendi, Farinac. quest. 7. num. 46. fine,

ampliat. 23. Suarez lib. 4. de immunit. Eccles. cap. 14. num. 10. Azor. opimè t. 5. inst. moral. lib. 5. cap. 14. quest. secunda. Neque obstant superstitiones leges, quæ ut immunitati Ecclesiasticae contraria, nequaquam receperit sunt, neque vim habent; materia enim immunitatis Ecclesiastica est, ideoque non potest de ea principis secularis pro libertate disponere.

P V N C T V M VIII.

Quæ sit Clericorum exemptio à legibus ciuilibus.

- 1 Qua ratione legibus ciuilibus Clerici teneantur.
- 2 Tenentur feruare leges, & statuta Ecclesiastico statui non repugnantia.
- 3 Statutum ne extera immobilia vendantur, ne cum extera contrahatur, domus hac firmitate adiungentur, Clericos ligat.
- 4 Statutum presribens modum & pompam in funere Clericu obligat.
- 5 Statutum, ne vocentur religiosi, nisi vocatis omnibus Clerici, non est validum, tametsi à Clerici fiat.
- 6 Statutum saeculum, ut Clerici tali parochia detur tali elemosyna, reuocari non potest in aliquorum opinione. Præbabilis est opositionis.
- 7 Statutum, ne vendatur Clerici, quod alii ciuibus venditur, neve Clerici alii priuilegiis secularibus concessi potiuntur, inuidiam est.
- 8 Leges nostri regni priuantes Clericos beneficia à Rege concessi, si iurisdictionem secularis declinauerint, intelliguntur de declinatione malitia.
- 9 Leges prohibentes, ne extera beneficia Ecclesiastica dentur, ma sunt ex autoritate Pontificis.
- 10 Examini litterarum Apostolicarum à regis consiliarii legitima est, nisi fundetur in priuilegio, quod credendum est adesse.

1 DE hac exemptione satis diximus tract. de legib. disq. t. D punct. vlt. ibi enim probavimus Clericos actui non posse legibus ciuibus sibi directe impositis: quia sunt extra iurisdictionem legisfici ciuilis: obligari tamen legibus communiter impositis, si statui Ecclesiastico non repugnant: quia tunc non obligantur ut Clerici, sed quatenus sunt ciues, & patres viuis reipublica, quibus uniformitas necessaria est, à qua obligatione nunquam Ecclesia voluit Clericos eximere. Hacten omnis obligatio est quoad vim directionem, non coactum: Non enim Clerici inobedientes cogi possunt à seculari iudice, ut ab inobedientia absturant. Quia hæc coactio, quæ per impunitum penæ facienda est, non pertinet ad uniformitatem reipublicæ seruandam, cum pro diuersitate delinquentium, & circumstantiæ delictorum possint, & debeant penæ variæ. Cogendi ergo sunt ab Ecclesiastico iudicē: quia ad ipsam pertinet Clericos sibi subditos compellere, ut legi naturali, diuina, & ciuili communi obediunt. Modus autem confectionis, si à iure canonico signatus non est, poterit esse, qui sibi conuenienter, & vitiosi vius fuerit. Quia non tenetur penis, & supplicis à lege ciuili imponi: vt: quia legi laitor ciuilis solum illis penis infirmi iudicis sibi subiectos, non Ecclesiasticos, qui extra illius iurisdictionem sunt: Vide Suar. lib. 4. de immunit. cap. 16. per retum.

2 Difficilis autem est, quæ sunt statuti ciuili statui Ecclesiastico non repugnantia, vt us Clerici obligari existant? Generaliter solum dicere possem eas leges, quæ recte gubernatione reipublice conuenient, statui Ecclesiastico non repugnare. Hæ sunt, quæ pterea mercium imponunt, quæ armis defensio vetant, quæ solemnitates contradicibus signant, &c. Cum enim Clerici partes sint reipublicæ, iustum est, vt ea, quæ toti reipublica convenientissima sunt, observent. Speciales autem declarare leges, quæ statui clericali repugnant, sicut, ferre est impossibile. Subiiciam aliquas, vt inde illeque possint colligi.

3 Primum dubitabit potest de statuto clericorum præcipiente ne bona immobilia extera vendantur, alioquin contractus iuriti sunt. Ne item mulier si filios habens possit contrahere cum extera, nisi in hac, vel illi quantitate? Item ne possit testamentum tenequere cum iactura legitima portionis, & de aliis ciuibibus. Negat Azor. tti. 1. lib. 5. inst. moral. cap. 12. quest. Clericos ligari, neque alia ratione probat: nisi quia leges ciuibis non possunt Clericos, & Ecclesiastum obligare, nisi quatenus materiam constituant ex iure naturali obligantem, vt contingit in legibus constitutis preia mercium. At supradicta leges non sic reddunt materiam ex iure naturali obligantem. Non enim ius naturale dicta bona ciuium huius ciuitatis extera vendi non posse. Ergo. Ceterum, mili placebunt huiusmodi statuta obligare Clericos. Tum quia sunt communia Clericos, & laicos. Tum quia non derogant immunitati Ecclesiastica, cum ipsi

ipis quatuor partes sunt communis, conuenient ea bona re-
tineant. Tum quia ita in pax est receptum: & ita tradit expressè
alios referens Felin, cap. Ecclesia Sancta Maria de consuetudinib.
num. 8. & 9. & docet Suar. loco allegato, lib. 4. cap. 16. num. 13.
Idem puto dicendum de iis legibus, & statuis praesertim in
modum in dominis construendis, parandis liminibus, fenestrarum
aperiendis, viis mandundis, similibus. Ad rectam enim respon-
sibiliter gubernationem pertinet, ut Clerici cum laicis uniformes
sint: Vnde cum aliquo iure canonico non inveniantur ab iis ex-
empti; efficiunt sanè iis obligari.

4 Secundò dubitari potest de statu laicorum praescribente
modum, & pompam in funere: ne felicitate fiant conuiuia, ne
immoderata sumptus cera, pompa, & similibus, an obligent Cleri-
cos? Negat obligare Tabiena verbo excommunicatio, casu 20.
Azo. 2. p. infir. lib. 9. cap. 11. in 6. priuilegio clericorum. Et mo-
nentur, tum ex cap. ultim. de rebus Ecclesiæ non alienand. vbi
annovallant statuta laicorum dispensatione de mortuorum. Tum
quia cedunt hæc statuta in damnum Ecclesiæ, & Clericorum,
quibus minus acquiruntur. Ceterum milii probabilius apparet,
valida est hæc statuta, & Clericos obligare: sicut docet expressè
Felin, supra, Nauart, cap. 27. num. 120. Stat. t. de defens. fiduci
lib. 4. de immunit. cap. 13. Caetanus verbo excommunicatio,
cap. 51. Tiraquel, de legib. conubialibus, glossa 8. quælib. 17. num.
169. & seqq. & de viraque retract. 1. p. 6. 1. glossa 13. num. 5.
Ratio est: quia hæc statuta bonum communem respiciunt, &
æquum Clericis, ac laicis competunt, & utilia sunt. Vt enim est
Clerico defuncto, & eius hereditibus, ne in eius corpore sepe-
lendo sumpus vani sunt. Et licet ob inde Clerici sepelientes, &
Ecclesia minus habent, hoc est per accidens, & alia via com-
penari potest. Quando autem in cap. ultim. dicitur laicos non
potest de funeralibus statuere, id intelligendum est de his, quæ
sunt natura ad Ecclesiæ dirigitur, vel salutem animæ mor-
tuorum, & diuinitatem cultum respiciunt, ut ex Felin, & Caetan. doceat
Nauart, supra.

5 Sed quid dicendum, si statutum esset, ne vocarentur reli-
giosi, nisi prius vocatis omnibus Clericis parochia? Mihi vi-
deatur nullum esse tale statutum. Tum quia pietati aduersatur,
Tum quia limitem ponit liberæ momentium electioni. Tum
quia derogat ius, quod religiosi habent, & defunctorum ex-
equis possunt assistere. Quæ rationes probant, eriamus à Clericis
statutum si statuere, vigorem non habere: scilicet Azo. 2. part. infi-
ti. mor. lib. 9. c. 11. in 6. priuilegio clericorum.

6 Tertiò dubitatur de statuto derogante aliud statutum,
v.g. si statutum à laicis, ut Clericis talis parochie quotan-
tiam demur hæc, vel illæ elemosynæ, poterit ne hoc statutum
reversari, Azo 1. p. infi. moral. lib. 6. cap. 13. q. 5. ceteri probabi-
lius revocari non posse: probat, qui priuilegium aliqui con-
cessum, & ab eo acceptatum transit in ius. Sed iura Ecclesiæ statu-
tus laicorum derogari non possunt: Ergo hoc priuilegium,
quod iuri rationem habet, minime potest derogari. At mihi
contrarium videatur: qui tota obligatio laicorum ad
illam elemosynam faciendam est ex ipsorum statuto; non ex
iure aliquo Clericis acquisto, alias non est elemosyna, sed
debiti solutio, quæ fieret illius quantitas: sed ipsi abrogare
possunt statutum à se factum: Ergo. Secùs vero est, si obliga-
tio non ex statuto, sed ex donatione facta Clericos nascetur.

7 Quartò dubitatur de lege prohibente, ne Clerici potian-
tur priuilegiis alias ciuibus: Er quidem si priuilegia
communa sunt, & secularibus competunt, quatuor ciues, &
paræ sunt respicible, nequamque possunt haec leges obseruari;
quia præsumunt facta in odiu Ecclesiastica immunitatis:
cum enim Clerici ratione clericatus non declinant esse ciues, &
paræ repuplicæ, & omnibus secularibus digniores sint: iniuste
priuilegiis alias concessis, priuarentur: fauēt cap. ult. de
immunit. Eccles. in 6. & pluribus exomat. Suar. lib. 4. de immunit.
Eccles. cap. 22. num. 16. & seqq. & 33. à n. 5. Ex quo sit contra
Ecclesiasticam libertatem esse statutum prohibens laicis, ne ven-
dant Clericis, aut ab illis emant, quæ ab aliis secularibus emunt,
aut vendant, neve coram clericis molant, aut coquant, &c.
Hoc enim statutum indirectè libertas Ecclesiastica lèditur, &
Clerici gravant magis quam laicæ: eaque de cauâ in cap.
ultim. de immunit. Eccles. in 6. sub excommunicatione, hæc, &
similia statutum prohibentur, & sic facientes libertatem Ecclesiasticam
præsumunt violare.

8 Quintò dubitatur de statutis priuaniis Clericos benefi-
ciis à Rege concessis, si iurisdictionem secularum declinauerint:
stat. cni. 1. 3. tit. 4. lib. 1. noua collat. quæ cauetur, ut clerici
prima tonsura, qui coram seculari judice citati eis iurisdictionem
declinauerint, publicis officiis secularibus censentur indi-
gni; 1. 4. eadem rit. & lib. dicitur de huiusmodi clericis, qui à
Rege terras, & vineas habent, & eius regalem iurisdictionem
declinant, eo ipso priuaci sunt iis possessionibus: Dubium ergo
est: haec leges valida sint, & quæ ratione debeat intelligi: Va-
liditas esse videtur indubiatum: siquidem credendum non est
Principes ita Catholicos, & religionis patronos, aliquid contra
religionem, & libertatem Ecclesiasticam decreveros. Econtra
autem videtur haec leges derogare immunitatis Ecclesiasticæ, si
quidem Clericos priuatis afficiunt, quod fieri non potest à seca-

lati indice. Non enim iudex secularis vim coëctiuam in Cle-
ticos habet.

Dicendum ergo est supradictas leges intelligi de eo, qui iu-
dicium secularis malitiose declinat, vt bene probat Guierrez
præf. q. lib. 1. q. 9. & 10. Et est ratio manifesta: nam si iudex
secularis nullum titulum haberet ad cognitionem, quomodo po-
test Clericus illi confessus, peccarer granire, & omnia facta
nulla efficiuntur ergo debere esse malitiosam declinatoriam,
id est in causa, in qua poserat etiam iudex laicus cognoscere.
Huic enim intendit Rex officia secularia denegare & metiri: si
enim ipse non vt secularis, sed vt Ecclesiasticus iudicari inten-
dit, & hoc ex malitia, vt quid officia secularia retinere voleantur
textus in cap. Sacerdotibus ne clericis, vel monachis, officia secu-
laria Clericis interdicuntur; & tradit Gouart, præf. quælib. cap. 33.
num. 6. Hac tamen negatio officiorum, & possessionum priuatio
non est propriæ reclamacionis pena: quia esto delictum com-
mittit Clericus in dissimilata delinatione, iudex secularis ob-
tale delictum nequit illum punire: Est ergo negatio hæc offi-
ciorum, possessionum priuatio ex voluntate Regis donantis: cum enim liberum sit Regi donare, liberum etiam est eas con-
ditiones donationi imponere, quibus non faciat cessa dona-
tio. Vna autem ex conditionibus est, ne possident illa officia ma-
litiosæ iurisdictionem secularum declinare: Ergo facta declina-
tionem cessat donatum.

Vt tamen hæc priuatio locum habeat, affirmat Gutierrez su-
pra, sufficere solum factum declinandi, qui fuerit super declinato-
ri pronunciarem, & habent effectum, & probat ex leg. re-
gia 3. tit. 4. lib. 1. ordin. vbi dicit, auctor que no obregan sentencia,
ni lugue el nego à olo. Et licet 1. 4. eodem insit, non ita clare de-
notetur: at latius infinitum illi verbis. Que por effe mismo echo
aya perdido, y fra priuato. Ceterum si predicta conuincent non
esse necessarium, quod declinatio habeat effectum, hoc est:
quid de facto obincat, quod per declinatoriam intendit: quamvis
concarinatio sentiat Cou. d. c. 3. n. 6. At omnino existimabo de-
bere à iudice declarari talem Clericis malitiosæ declinationis quousque
a quoque de tali declaratione iuridicè coulet, priuati non debet
Clericus portiunculas obtinere, neque ad officia inhabiles fieri: et
hoc enim in omnibus penis, etiam ipso iure laici, locum habet.

9 Sextò dubitatur, an validas hæc leges, quibus cauetur, ne
beneficia Ecclesiastica huius regni Castella extens dentur, ne-
ve ex illis beneficiis pensiones foluantur, neve literæ Apostolice
iuri patronorum laicorum derogantes admittantur, quoniam
Sum. Pontif. de re plene instrutus disponat, quæ republicæ
Christianæ tam in temporalibus, quam in spiritualibus vilius
fore indicantur. Has igitur leges validas esse multa comprobant
Gouart, quælib. præf. cap. 35. & 36. & supponunt tere omnes Do-
ctores expostiones legum, & pragmatricum Hispanie, Gallie,
Flandria, in quibus regionibus etiam est idem usus. Contrarium
acriter defendit Azo 1. p. lib. 5. cap. 14. quælib. 3.

Dicendum ramen est, specata sola seculari potestate regia,
has leges constitui non posse. Quia nemini à Summo Pontifice,
vel ab illo autoritatibus habent datum est de rebus spiritualibus
disponere. A materia beneficiorum spiritualis est: Ergo.
Item ius praesertim ad beneficia nulli laici habet potest:
nisi ei fuerit à Pontifice concessum. Ergo multo minus habere
potest ius excludendi à Pontifice prætentatos, nisi à Pontifice
hæc exclusio concedatur. Quæcunque, cum per has leges in mate-
ria beneficiorum Rex Gallie, & Hispanie disponant, efficiunt
sanè eorum dispositio ex autoritate accepta a Romano Pontifice
dimanare: credendum enim est Pontificem concessisse his
Regibus in remunerationem obsequiorum Sedi Apostolice, &
totius religionis Christianæ hoc priuilegium, ne alii ab oneris
ex hoc regno beneficia Ecclesiastica, aut pensiones concedantur.
In huius ergo priuilegij conseruationem leges condiderunt,
quibus grauissimus penis afficiunt eos, qui hoc priuilegium vio-
late tentaverint.

10 Solum est difficultas: qua ratione possint Regis consilia-
rit literas Apostolicas examinare, eamvme exequitionem im-
pedire, quoque compertum illis sit nullum ius regium, aut
laicorum illis derogari. Et quidem si ex priuilegio, & concessione
Summi Pontificis fiat, cessat controversia. Atqui de hoc
priuilegio non sat is constat, ideo alia via Doctores defendunt.
Fatentur namque nullum ius, aut authoritatem Principes secu-
lares habere ex se ad recognoscendas & examinandas Aposto-
lit. literas, fintne dubia, an certæ, falsa, an verae: subrepertis
an legitima. Quia est materia omnino spiritualis, & Ecclesi-
astica: ac proinde à iudicibus secularibus tractari non potest.
At cum cuiuslibet datum est se defendere, & illæsum semper, &
Rex patronique laici ius habeant ex priuilegio à Sum. Pontifice
concesso, ut nemini externo beneficio, aut penso Ecclesiastica
concedatur, illæque compertum sit hoc ius sepe subrepertis
literis derogari, iure ipso naturali videtur illis concessum posse
hoc damnum & iniuriam praæcavere. Neque contra voluntatem
Pontificis videtur procedere, sed potius se illi conformare.
Non enim credendum est Pontificem velle subrepertias literas
effectum habere. Et quidem si certo confaret de subrepitione,
claram erat nullum esse obligationem obseruent, nullumque
peccatum committi in impedienda illarum exequitione: Sed
quia

Quia antequam per regios consiliarios examinetur, id non constat, tametsi sepe contingat subreptitias repertiri; ea de causa dubium non leuit est, an ob defensionem proprii iuris regij consulari hanc examinationem possit praefare. Non enim videtur esse locus dispensationi, nisi prius constet de iniuria. Item vel illa iniuria est notoria ex te, vel solum ex declaratione regij tribunalis. Ex se notoria est non potest: nam quounque litera examinentur, non potest confare de eorum subreptione, & falsitate. Ex declaratione regij tribunalis constare non potest, cum quia nemini datum est ius sibi dicere in causa propria. Tum quia illa declaratio est ab incompetente iudice nempe seculari in materia Ecclesiastica. Tum & praecepit quia ad praemittendam hanc declarationem debebat iam de iniuria constare, cum in hac declaratione iurisdictione Ecclesiasticae viuperetur. Quapropter mihi dicendum videtur Reges Hispaniarum, Galliarum, & Flandriæ ex priuilegio à Sede Apostolica has literas Apostolicas examinare, neque alia via credo id fieri posse: sic Azor. 1. p. lib. 5. cap. 14. quæst. 4. Et licet non apparet hoc priuilegium scriptum, presumendum tamen est fuisse concessum, & immemorialiter.

Eadem ratione, & eodem titulo honestandam esse consuetudinem huius regni Galliarum, & Flandriæ, & aliarum provinciarum, in quibus per leges caeterum nullum Noncium vel posse sua iurisdictione, quoque literas sue legationis exhibeat regio tribunalis, ut ei constet de potestate & iurisdictione, quam habet: cum enim rōrum hoc Ecclesiasticum sit, nequit iure iurisdictione seculari submitti: debet ergo priuilegium adesse: & ita est presumendum.

P V N C T V M I X.

Qualis sit exemptio Clericorum à gabellis, & tributis realibus.

- 1 Dupliciter tributum imponi potest rebus ex regia autoritate, vel ex eorum dominio, ut scilicet tributum, quod dominus suis rebus imponit.
- 2 Bona Ecclesia, & Clericorum libera sunt à tributis regalibus.
- 3 Tributa imposta pro reparatione pontium, murorum, & similibus, plures Doctores censent obligatos esse Clericos solvere.
- 4 Alij plures negant.
- 5 Secluso confessu Pontificis, vel Episcopi non obligantur.
- 6 Pontifex, vel Episcopus tenetur suum confessum præstare, si viderit tributum communum utilitati expedire.
- 7 Si Pontifex confessus potest, non valet confessus Episcopi ad hoc tributum Clericis inducendum.
- 8 Quis nomine Clerici intelligatur, qui cum Episcopo præstare confessum debet.
- 9 Quando confessant laicorum facultates non sufficiunt, ut tenetur Pontifex, vel Episcopus, & Clerus his conditionibus consentire.
- 10 Impositio gabella, & siue in venditione communi, carnis, olei, &c. illicita est, seclusa Pontifica authoritate, nisi simul Clericus refectio fiat.
- 11 A quibus tributis personalibus, seu muneribus, & obsequiis Clerici sint exempti.
- 12 Hac exemptio à tributis non competit Clericis canagatis.
- 13 Speciale iure communi competit Clericis in sacris, & in minoribus, seruantibus conditiones Concilii.
- 14 Speciale iure regio Caſtellis debent habere beneficium Ecclesiasticum.
- 15 Clerici negotiatoris non sunt immunes à tributis ex rebus per negotiationem acquisitis.
- 16 Quando dicatur Clericus negotiari latè expeditur.
- 17 Omnes religiosi, & moysi religiosis approbatae exempti sunt à tributis.
- 18 Equites militares ex ordinibus sancti Benedicti, &c. exempti sunt à tributis.

Premittendum est dupliciter rebus tributum imponi posse, vel ex regia autoritate, & iurisdictione, vel ex eorum dominio: si enim verus dominus tributum aliquod imponat rebus suis, velitque, ut in quocumque possessorum transeat, illud onus secum portens, clarum est illud tributum deberi, tametsi ad Ecclesiam Clericosque deueniant: ut colligitur ex cap. si tributum. cap. magnum. 1. q. 1. & cap. tributum. 2. q. 8. Ratio est manifesta, quia cum liberum domino fuerit possidendum suum Ecclesiam non donare, potuit optimè diminutus donare, quod fecit reseruando pensionem alteri: & in hoc sensu verisimilium est rem cum suo onere transire, ex l. alienatio emp. l. si Diuina, Cod. de exactorib. t. 1. lib. 10. cap. 1. cum non sit, cap. pastoralis de Decimis: cap. ex litteris de pignorib. Ex quo sit, si testamento relinquatur fundus Ecclesiæ ea conditione, ut ex illo collectas, aut contributiones aliquas soluat, &c. debet Ec-

clesia solvere, quia vicinique datum est de sua re prout placuerit disponere, sic Azor. 1. p. lib. 1. lib. moral. cap. 13. quæst. 1. Sicut lib. 4. de immunitate Ecclesiast. cap. 20. à num. 5. Verum si ex iurisdictione regia unus, & tributum possessoribus imponatur, si ha possessions ad Ecclesiam, vel Clericos transeunt, cessat pensio, & tributum, quod satius videtur confare ex e. 1. de immunitate Eccles. in 6. ibi non licet quibusunque iurisdictionem temporalem exercentibus exercitare quæcumque Ecclesiæ impunere, vel exigere. &c. Ratio est clara: quia tributum imponitur ex iurisdictione regia, subditis regis tantum imponi potest. At Ecclesia, & Clerici extra illius iurisdictionem sunt, ex textu in cap. quæst. 1. quando de iudicio, & cap. 2. & aliis de foro competunt: Ergo. Item res Ecclesia, & Ecclesiasticorum sunt specialites sub dominio Dei, & ad eius cultum ordinantur. Non igitur debet cas tributorum impositione prophanari.

2. Ex his fit bona non solum Ecclesia, sed Clericorum libera esse à tributis regalibus, ut clare constat ex cap. non minus de immunitate Eccles. ibi de bonis Ecclesiast. & Clericorum, & pauperum Christi usibus dispensatis, & cap. Adversus cod. tit. ibi non Ecclesia, & Ecclesiastices viros talis, seu collectus, &c. & cap. quæcumque ac confessus, dicitur, n. ab Ecl. jis. & personis Ecclesiasticis talia exigitur: & paulo infra: Ecclesiastica persona, ac res ipsarum sive diuinæ, & humana à seculari persona ratione exactioribus sint immunes: & cl. men. ult. de confessis precipiunt, ne à personis Ecclesiasticis aut pro suis rebus propriis tributa exigantur. Idem cap. clerici de immunitate Eccles. in 6. & aliis pluribus: Et novissime à Trident. sess. 5. cap. 20. de reformis. Hæc non solum vera sunt in bonis Clericorum titulo spirituali acquisitis, qualia sunt Decimatione fœdus, & beneficij, & quæ ob sacramentorum administrationem in suspendi recipiunt, sed etiam si titulo hereditario, & donante acceperint; eo enim ipso quod ad ipsos pertinet hereditas, immunitis est à tributis regalibus: Et ratio est, quia tributum ab hereditate exigiri non potest, sed à persona, cuius est hereditas. At persona Clerici exempta est à iurisdictione seculari. Ergo obligati non potest ad tributum solutionem. Quia solutio tributi significat estubictionis. His pro certo positis, aliqua difficultas relata est endodata.

3. Primo dubitatur, an Clerici teneantur solvere tributa imposta pro reparatione pontium, murorum, viarum, & similibus ad communem omnium utilitatem spectantium.

Prima sententia affirmat obligatos esse: sic plures iuri ciuilis interpres, quo referunt Gurius, Greg. Lopez, Azor, locutionem referuntur. Mouentur ex leg. ad institutiones. Cod. de factis ecclesiast. Ecclesia. Vbi pio instructione pontium, & itinerum Ecclesiæ solute tributum coguntur. Idem traditur in leg. iheron. eodem titul. leg. cum ad felicissimam. Cod. de quibus munierib. & prefationib. lib. 10. leg. ad portus. Cod. de operibus publicis. leg. diuinæ domus. C. de exactorib. tributorum. lib. 10. & alijs passim: & facit lex regia 11. & 12. tit. 3. lib. 5. non recipita. & C. 54. titul. 6. part. 1. & 2. tit. 22. part. 3. Et ratio pro hac parte est efficax: quia haec distributio non tam est tributum Regi exhibendum in signum suæ potestatis, & superioritatis, quam quadam solutio beneficii à republica accepti: cum enim tam Clericus, quam laicus æquanimiter fruuntur viis, & portibus, fontibus, & similibus, & res publica haec omnia disponit æquanimiter in laicorum, & Clericorum utilitatibus, neque ipsi Clerici haec dispositionem impide possint, vixit toti republica necessarium; effectu fane & laicos, & Clericos obligatos, esse sumptus solutio: id enim iustitia distributio peccat, vi qui sensu commodum, sentiat & onus leg. secundum naturam. si. de Reg. iuri, leg. qui sentit. de Reg. iuri, in 6. Quia enim ratio esse potest, quare Clerici ab hac contributione eximantur, si beneficio fruuntur: aut eari laici debent in solidum solvere que necessaria sibi, & Clerici sunt?

4. Secunda sententia negat obligatos Clericos esse: sic Azor. 1. p. lib. 5. cap. 13. q. 8. Greg. Lop. d. 1. 54. & 6. part. 1. Gurius. lib. 1. quæst. 4. præf. quæst. num. 6. Zenedo ad decret. collect. 153. numero 4. August. Barbosa de pofest. Episc. 2. part. alleg. 13. num. 6. Mol. Theolog. de insit. titul. 4. diffus. 67. & alijs apud ipsos. Fundatur in cap. non minus. cap. aduersus de immunitate Eccles. vbi Clericis prohibetur tributum imponi pro his communibus necessariis absque confessu Pontificis, vel si ipse aditi non possit, abzue confessu Episcopi & Cen. Ratio est, quia Clerici obligari non possunt de hac soluenda legi seculari, cum ab illa sit exempti ex supradictis capitibus iuris canonici; neque etiam obligantur ex aliquo pacto inter ipsos Clericos, & laicos initio: nullum enim tale pactum repertum, neque item obligantur ex beneficio accepto. Quia etio beneficium commune sit Clericis, & laicos, sumptus non debet esse communis: dignitas enim Clericis petit, ut aliquo privilegio speciali fruuntur: sicut enim priuilegium militie, & regimis eximere solet militem, & magistratum ab iis contributionibus communibus: tametsi de beneficio communis æquanimiter participet: sic dignitas Clericatus eximere potest. Clericum ad his oneribus. Addit. Clericos hoc beneficium à laicis accipimus alii beneficiorum compendiare: ipsi enim Clerici specialites concordant ad subventiones pauperum, reparationem templorum, & illorum ornatum,

officiorum, & cultus: quae omnia in viciniam cedunt laicorum: Ego hoc iumpu sufficienter compensant sumptus laicorum.

5. Dicendum ergo est, fecluo consensu Pontificis, vel Episcopi, & cleri, cum Pontifex ad hanc non potest, nequaquam Clericos obligatos esse has contributiones solvere. Fundamentum pricipium sumitur ex d. cap. Non minus: vbi expresse prohibetur *Confites ciuitatum, & rectores, nec non et alij, qui possunt habere evidentes, sub decomunicatione à Clericis has contributiones exigere nisi Episcopus, & clericus tantam necessitatem, & utilitatem applexerint, ut ab illo exadi, ut ad reparandas communes visitas, vel necessitates, ubi laicorum non sufficiunt facultates, sufficiat per Ecclesias existimare conferenda. Idem traditur in cap. aduersus eudem titul. & subditur. Propter imprudentiam ramen quorundam Romanum Pontifex prius consalut, cuius interest communione utilitatis praeservare. Ex quibus rebus manifeste constat, prius Pontificis consensum habendus esse, aut saitem consensum Episcopi, & cleri, ut clerici ad dictas contributiones teneantur.*

6. Pontifex autem, vel Episcopus suum consensum prestare tenet, si inciderit opus faciendum communi utilitati expedire, & laicorum facultates non sufficiere, quia, eius iudicio hoc committitur, ut constat ex illis verbis, existimare conferenda. Quoties autem negotium existimationi aliquis commititur, non relinquunt eum liberas voluntatis, sed actuari ad existimationem iustum, & per rationem regulatam. leg. fidei commissum, s. fidei commissum, vers. quangnam. ff. de legatis. 3. & tradit Greg. Lop. d. 54. tit. 6. part. 1. Gutier. præt. quæst. lib. 1. cap. 3. n. 8. Suar. lib. 4. de immunitate. Ecclesiast. cap. 26. num. 5. Quod si Pontifex acquisierit noluerit, non modo cogi possunt Clerici laici, has contributiones solvere. Quia præsumendum est, Pontificem indicat vel opus faciendum non esse ita reipublica necessaria, vel facultates laicorum sufficienes esse, quia Clerici graventur, vel alia via à Clericis illos sumptus compensari.

7. Sed inquires, an Pontifice inconsulto Episcopi, & cleri consensu sufficiat? Affirmat Suar. lib. 4. de immunitate. cap. 26. num. 17. Quia iure ordinario consensum Episcopi, & cleri sufficiunt; & in illo cap. aduersus, non irritatur consensu Episcopi & cleri, tamecum inquit datus sit. Ergo. Ceterum existimo probabilius, si Pontifex consuli potest, nequaquam absque illius consensu obligari posse Clericos in illis exactiones solvendas. Quia ad hanc obligationem inducendum requiritur eti consensus Pontificis proprii imprudentiam quorundam. Ergo cestante hoc consensu, cessat conditio ad obligationem, & consequenter obligatio. Non igit necessarium est decretum iritans. Dixi, si Ponficer consuli potest: nam si id fieri non potest, quia casus virget, clarum est Episcopi, & cleri consensum sufficiat, vt doceo Gutierr. Lopez, Suar. & alijs sapta. Tum quia ibi adegit presumpta Pontificis voluntas. Tum quia hac via concordatur, cap. non minus, & cap. aduersus: si quidem in cap. non minus, nihil dictum fuit de consensu Pontificis, sed solum fuit statutum ex consensu Episcopi, & cleri debet haec tributa. At in cap. aduersus, hic consensus fuit expostulatus. Debet ergo intelligi, quando commode potest peti, quod si peti non potest, sufficere consensum Episcopi, & cleri. Coningit tamen sapere ad impendendum tributorum non posse consensum Pontificis postulare; quia virga necessitas; at ad illius contributionem posse optimè Pontificis consuli, & runc consulendum est, ut bene moravit Suar. c. 26. in fine.

8. Secundo inquires; quid nomine cleri intelligatur, qui cum Episcopo prestare consensum debeat? Non defini qui existimenter debet esse clerorum totius dicessis, quia illis omnia tributum est imponendum. Ergo omnes illi saltem pro maiori parte approbare tributum debent. At hoc, vt bene dicte Suar. lib. 4. de immunitate. cap. 26. num. 16. fere est impossibile, ideoque probabile est Episcopi, & capituli consensum sufficiat, quia capitulum nomine cleri sapere intelligitur, & quia regulariter à toto clero capitulo eccliarum cathedralium commissa est potestas decidi negocia, qua ad totum clerum pertinet. Sed quid si Cleros renunt, entine sufficiere Episcopi consensus? Alioquin videbitur sufficere: quia Cleros porci videat ad consilium, quam ad decisionem expostulari. At mihi probabilius appareat, Episcopi, & Clerici consensum require, neque vnum sine altero sufficere, quia virtusque iudicium aequaliter expostulatur: cap. Non minus: ibi: nisi Episcopus, & clericus tantam necessitatem, vel utilitatem applexerint &c. & cap. aduersus, ibi. Vnum si quando Episcopus simil cum clericis tantam necessitatem, vel utilitatem perspexerint; &c.

9. Tertio inquires, quando censeantur laicorum facultates non sufficiere, ut teneantur Ponfices, vel Episcopos, & Clerici his contributionibus pro Clericis consenteat? Respondeo probable esse tunc censei laicorum facultates non sufficiere, quoties non sufficiunt facultates communes civitatis: quod fas indicat l. 71. tit. 3. lib. 1. nota compilata. ibi enclausas tales, astilemento de propriis de concessis debent contribuere, & ayudar los dichos cleros. Si enim de singulorum civium facultatibus hoc intelligendum esset, raro vel nonquam Clerici obligati essent ad has contributiones. Tum quia raro facultates ciuium ita exhausta sunt, ut ad haec opera necessaria non sufficiant,

Tum quia sere erit impossibile Pratalis Ecclesiasticis inuestigare, an facultates singularorum laicorum sufficiant. Dicendum ergo est facultates communes esse attendendas.

10. Secundo dubitatur, an sit contra libertatem Ecclesiasticam impositio gabellæ, & sis in venditione communi carnis, olei, vini, & simillim? Et ratio dubitandi est, quia Clericis directè non imponitur: si quidem ipsi noui atellanur ea soluere: possunt enim alibi carnes, vimum, oleum emere, & consequenter cessare ab haec gabellæ solutione. Ergo haec impositio licita est: & ita tenet Richarl. quæst. 2. quæst. 30. Asten. in summ. lib. 3. titul. 30. artic. 4. Rofella verbo pedagium. num. 17. Angel. verbo immunit. 1. quæst. 6. vers. quarto postio quod. Nihilominus diuidens censeo haec gabellæ impositiōnem illicitam esse, nisi simul statutum modus quo Ecclesiasticis refectio fiat. Moreo quia sedula hac refectio coguntur Ecclesiastici mortaliter illam gabellæ soluere, sicut & coguntur laici. Nullus enim simpliciter cogitare emere. At quia mortaliter loquendo sine empione illarum rerum vivere non potest, ideo abolitum dicitur cogi illas emere, & consequenter gabellam solvere. Est ergo illicitum: & ita tenet Azor. 2. part. in ist. moral. lib. 8. c. 10. printeg. 5. clericorum.

11. Tertio dubitatur, an à tributis, seu munibibus, obsequiis que personalibus Clericos exemplis sit? Hac sunt in triplici differencia, quedam forda, vt mundanda cloacæ, stabili purgandi, arenae fodende. Alia honorabilia, ut regere ciuitatem. Alia indifferente, ut officium procuratoris, & tellamentarij. Ad munera forda neque possunt Clerici obligari, neque ipsi debent ea accipere; quia eorum dignitati, & honoriisca statui contraria sunt, & multum decedent: & traditum expresse à Constantino, l. 10. Cod. de Episcop. & Clericis, ibi repellatur ab haec exadi munerum solidarium: ino non solum Clerici, sed eorum mancipia, & domestici ab his minoribus eximuntur. cap. generaliter. cap. iuxta familiarem. cap. placet. 16. quæst. 1. & leg. 2. Cod. de Episcop. & Clericis. Ab aliis vero munibibus honorificis, seu indifferentiis eximuntur, si velint traditum expresse leg. 1. 2. 9. & 10. & 11. C. de Episcop. & Clericis. & cap. generaliter. 16. quæst. 1. & tota tit. de immunitate Eccles. & tis. Ne Clerici, vel mancipi, & pec locum ab speciali colligunt ex cap. priu. n. 7. de immunitate Eccles. vbi necessitate virgine defendantur ciuitatis non excusat Clericus à murorum vigilis. Ergo de aliis munibibus non ita virginibus manet excusat. Adde, neque ad murorum vigilias cogi potest ab alio, quam à proprio Episcopo, seu superiore. Vide Suar. lib. 4. de immunit. c. 22. à num. 7. Azor. 2. part. in iste. moral. lib. 8. c. 10. vers. tertium privilegium.

12. Quarta dubitatio gravis in hac materia est: an haec exemptione à tributis competit omnibus Clericis? Dicendum est primo, Clericos coniugatos, & iuxta concilium Tridenti privilegio fori, & canonis gaudentes nequaquam exemplos esse à gabellis, & tributis: sed in hac parte ut laicos reputandos esse, quia solum illis conceditur privilegium fori in criminalibus, ut constat ex cap. unico de clericis coniugatis. in 6. & tradit ibi glossa ab omnibus recepta, Couarrun. præt. quæst. cap. 3. num. 9. & Azor. 1. part. lib. 13. cap. vltim. quæst. fin. Thom. Sanchez. lib. 7. dispe. 46. num. 16. Matienzo leg. 11. gl. 1. num. 4. sit. 4. lib. 5. recopil. & habetur expresse leg. 2. tit. 4. lib. 1. noua recop.

13. Dico secundo spectato iure communis, Clericos in factis constitutos, & in minoribus servantes conditiones à concilio requitis, ut privilegio fori gaudent, immunes esse à tributis: quia omnibus Clericos generaliter haec immunitas est concessa in cap. quangnam de Confib. in 6. cap. non. minus. cap. aduersus de immunitate Eccles. & tradit pluribus aliis relatis Couarrun. præt. quæst. cap. 31. num. 9. Matienzo d. leg. 11. gl. 1. num. 4. Mol. tractat. 3. dispe. 67. num. 5. Aug. Barbola de potest. Episcop. 2. part. alleg. 13. num. 1.

14. Dico tertio spectato iure Regio Castellæ, & Lusitanæ, Clericos in minoribus constituti carens beneficio Ecclesiastico, tametsi requitis à concilio praestent, excepti non sunt à tributis, aliusque oneribus: habentur leg. 2. tit. 4. lib. 1. compilata. ibi. Los clerigos de corona, y menores ordenes, que conforme al decreto del sacro concilio, y a la ley asdas de las pueblos gozar del privilegio del fuero, se aya, y se observa tan solamente quanto al privilegio del fuero en las causas criminales: Pero en todo lo demas asy en el pechar, como en el pagar alcualada y en todas las otras cosas no sean exceptos, ni gozen de privilegio, y paguen, y contribuyan como los legos, y en esto, y en todo lo demas sean avisados por tales, salvo los no cesados, que actualmente no tueren beneficio Ecclesiastico. Idem statutum est in Lusitanæ regno, lib. 2. tit. 11. in fine. & tradit Gutier. lib. 1. præt. quæst. 8. de gabellis. quæst. 9. Felin. de confibus lib. 2. cap. fin. num. 13. Barbola. 2. part. de potest. Episc. alleg. 13. num. 2. Mol. tractat. 2. de iustit. dispe. 67. in fine. Haec tamen leges tacitam, vel expressam dispensationem à Pontifice supponunt; alias inuidide essent, cum expresse contradicant exemptioni Clericos concessa, in furia d. cap. quæmus de Confib. in 6. cap. Non minus, cap. aduersus de immunitate Eccles. & aliis ut benedict Suar. lib. 4. de immunit. cap. 27. n. 16. Molina, & Barbola, sapta. Et hanc dispensationem expressam cle pro Lusitanæ regno probat 2. part. de potest. Episc. alleg. 13. num. 5. & pro Castellæ regno tacitam esse defendit Mol. supra.

15. Dico

15 Dico quarto, Clerici negotiatorum non sunt immunes à tributis ex rebus per negotiationem acquisitis ex expresso text. in cap. quinquagesima, de Censu, in 6. & tradunt omnes. Neque ad contrahendum hoc debitum requiritur triplex monitio, de qua fit mentione cap. ultimus, de vita, & honeste, clericorum. Hac enim monitio expositulatur, ut clericus privilegio clericali exemptionis à tributis prueretur. Quocirca facta hac triplex monitione: si à negotiatione non desistat, priuatus manet exemptione à tributis, & tanquam laicus haec in parte habendus est: sic Gregor. Lop. leg. 49. tit. 6. part. 1. Mol. Theolog. tractat. 2. dis. 342. vers. sunt. vero nonnulla.

16 Solum est dubium, quando verè dicatur Clericus negotiari. Et quidem si rem emat, ut cam immunitam vendat, non est dubium esse negotiationem, & ex illa tributum deberi. At sèpè res empta, mutata venditur, & tunc est difficultas: quando censenda sit negotiatio, & tributum ex illa debeatur? Eo omisso a iis dicendi modis respondeo, illam esse negotiationem Clericis prohibitam, & quæ debitum tributi habet annexum, in qua lucrum intenditur ex empione prius facta, feciùs si locum non ex empione formaliter, sed aliunde proueniat. Exemplis explico. Primo, negotiator non es, si vendas vinum, triticum, oleum ex redditibus cuius beneficij, aut ex tuis possessiōnibus, patrimonialibus collecta: quia illi non sunt fructus empionis, sed tuorum possessionum Greg. Lop. l. 46. verbo las franguzas, it. 5. part. 1. Mol. tractat. 2. dis. 67. dis. 342. vers. idem dicere. August. Barbofa de p̄f. Episc. 2. par. alleg. 13. num. 10. Secundo non es negotiator, si ex emptis ad tui, tuorumque sustentacionem aliquid superfit, illudque carius vendas, quam emisti: quia ad negotiationem requiriunt, ut prior empio facta fuerit ex animo reuendendi. Adde negotiationem Clericis esse prohibitam: at hæc venditio prohibita non est. Si quidem omnes timoratæ conscientiae eam frequenter faciunt. Alias co-gerentur Clerici, & religiosi res emptas lepe perdere, si eas, cum libi viles non sunt, non licet alienare. Non ergo hæc alienatio speciem habet negotiationis. Riccius praxi resolut. 317. num. 10. August. Barbofa. 2. p. de p̄f. Episc. alleg. 13. num. 11. Mol. Theol. dis. 342. vers. secunda concl. Tertiò negotiator non es si emas animalia, ut ea pacies in propriis praediis, & cum pinguia facta fuerint, ea, corrumque partus vendas. Item si emas molam, ut cum creuerit, & simul inferuerit, carius vendas; quia illud augmentum non est fructus prioris empionis, sed naturæ, tuarumque possessionum. Sic Mol. d. dis. 342. concl. 5. Barbofa alleg. 13. num. 11. Carol. de Grassi de effectib. clericis effictu 6. num. 18.

Econtra negotiatorum, si vias emas, & per ministros conductos vinum ex illis officiis, & postea vendas. Idem est, si lanam emetis, ut ex illa per ministros conductos pannos efficeris, & postea venderes. Ideo si emeres solam venam ferri, ut per ministros conductos ferrum efficeris, & venderes. Quia in his casibus nihil aliud vendis, nisi quod prius emeris, & fructus est empionis, non naturæ, aut tua industria. Nam esto res vendita si in aliam formam mutata, illa mutatio facta est à ministris conductis, ac proinde fructus est empionis, laboris, ministeriorum. Ergo est negotiatio. Ita Mol. d. dis. 342. vers. secundum &c. Secus vero dicitem, si supradicta emetes, ut ipsi, tuique familiares vinum, lanam, ferrum, & alii huiusmodi effecta postea venderentur, quia tunc non venditus formaliter quod emptum est, sed quod propria industria est effectum, sic Mol. concl. 5. Secundo negotiator censens, si dominum agrum, iumentum, alienum rem emas ad locandum. Quia per illam locationem quasi partialiter vendis tem prius empatis: colligetur ex cap. 1. & 3. 21. quæst. 3. & cap. 1. Ne clericis, vel monachis: & tradit. Mol. d. dis. 342. concl. 5. Barbofa 2. part. de p̄f. Episc. alleg. 13. num. 13. Tertio negotiator es, & tributum debes, si agrum conducas, ut fructus ex illo collectas vendas. Nam esto fructus inde collecti ad te pertinente: quia ex femine tuo nascuntur, & fructus sint tui semini, & industrie; tamen quia hæc conductio avariciam, & negotiationem redolere, ea de causa à iure Clericis est interdicta, & ex illa tanquam ex interdicta negotiatione tributum debetur: sic Mol. d. dis. 342. vers. idem dicere. Barbofa num. 12. Gutierr. de gabellia, quæst. 63. num. 68. & 72. & constat ex d. cap. 1. & 3. 21. quæst. 3. & cap. 1. Ne clericis, vel monachis.

Adiutor te non dici negotiatores ex unica tantum empionis, aut venditione, sed ad minus duas, vel tres requiri, quia hoc delictum petit frequentiam: sic Salzedo præt. cap. 55. vers. & huius capiti. Carolus de Grassi de effectib. clericis effictu 6. num. 19. Zenedo 1. pars. de p̄f. Episc. alleg. 13. n. 11.

17 Dico quinto. Omnes religiosi, qui tria vota in religione approbata emiserint, esto vota illa non fuerint solemnia, sed simplicia (ut coningit in nostra Societate) & omnes ipsius religiosi nouitij, exempli sive à tributis, non solum personalibus, sed etiam realibus, ita ut si aliqua ex propriis bonis vendiderint, Alcauæ a non debent: sic optimè tradit Mol. Theolog. de inst. tractat. 2. dis. 67. num. 2. Et ratio est manifesta. Tum quia nouitius pars est religionis, cuius persona, & bona vice Ecclesiastica sunt à tributis exempta. Tum quia nouitius inter pecunias Ecclesiasticas enumeratur ex cap. religioso. §. 1. de sententiis.

excommunicati, in 6. & ibi glossa, & communiter doctores. Tum quia gaudet privilegio canonis, & fori. Ergo etiam privilegio exemptionis à tributis, cum nullibi contrarium caueatur.

18 Dico sexto. Equites militares ex ordinibus S. Benedicti, D. Iacobi, Augustini & similium exempli sunt à tributis & gallis. Tum quia inter personas Ecclesiasticas reputantur, ut fori privilegio gaudent. Tum quia expressè habetur. leg. 9. tit. 18. lib. 9. noua comp. lat. & apud Lufitanos. l. b. 2. ordin regi tom. 11. §. v. & tradit Navarr. consil. 23. de Regularibus. Menoch. trouers. illufr. cap. 105. num. 45. Bobadilla in sua polis lib. 2. c. 18. num. 264. Couart. de gabellis quæst. 95. à n. 12. Barbofa 2. part. de p̄f. Episc. alleg. 31. num. 14. & 15. extendit hoc privilegium ad uxores viduas horum militum in Lufitania regio.

P V N C T V M X.

Quæ culpa sit violatio supradictæ immunitatis, & quæ pena violantibus sit imposta.

1 Culpa est moralis sacrilegij.

2 Omnia acta sunt nulla, tributa exacta debent restituiri, & exigentes, & quomodolibet auxiliantes excommunicantur bulla cœs. Domini.

1 Non est dubium culpam esse mortalem, tum faciliter aduersus personas Ecclesiasticas, & obiectum iniuria religionis prohibitum. Tum iniustitia, aduersus ius debitum ipsi Ecclesiasticis personis, culpam inquinare esse mortalem & culsum, que immunitatis Ecclesiasticae violationem, quia est res gravissima, & que toti ordini Ecclesiastico præjudicat, eaque de causa grauissimis penis violantes afficiuntur.

2 Primo omnia acta contra supradictam immunitatem inita sunt, & nulla, ut potest quæ procedunt ab eo, qui iniurificatione cauter, tametsi nulla appellatio vel opoficio interponatur: sic omnes doctores statim referunt. Hinc fit si Clericos contenerunt coram iudice laico, etiam si exceptionem non opponant, omnia ibi acta initia esse. Authent. starvum. C. de Episcop. & cleric. cap. aduersus immanit. Ecclesiast. cap. f. c. facultates de foro comp. in 6. & tradit. alios referens: Couart. pract. cap. 33. num. 2. Salzedo præt. cap. 6. num. 2. & Farinac. tit. de inquisit. quæst. 8. numero 15. Secundo fit, si exigatur tributum à Clerico, & Clericus soluat, debere restituiri, ut potest sine via iurisdictione exactum. Tertio in bullæ cœnas clausula 17. imponentes, exigentes tributum, aut quomodolibet auxilium præstantes excommunicantur, ut late ibidem explicauimus. & tradit Mol. Theol. tract. 2. de inst. dis. 670.

P V N C T V M XI.

An renunciatione hoc privilegium Clericis concessum amitti possit?

1 Nullus Clericus neque tacite, neque expressè huius privilegii renunciare potest.

2 Neque eius renuntiatio valida est, etiam si iuramento firmetur.

3 Neque valet, efo consentiat Episcopus.

4 A nulla communitate Ecclesiastica derogari potest.

5 Neque à Concilio, neque à Pontifice totum hoc privilegium perfite renunciari.

6 Si Clericus se laicum fingit, non obinde confessio eius apud iudicem secularium valet.

7 Index secularis sic clericum condemnans potest renuncare sententiam sub pretesta incompetentiæ.

8 Clericus citatus coram iudice laico, & omittens opponere determinatorum, debet puniri.

1 Regula certa est nullum Clericū neque tacite, neque expressè posse privilegio fori renunciare cap. si diligenter cap. compes. cap. cum non ad hominem; cap. si a clericis de iudicio. cap. cum contingat de sententiæ excommunicati, &c. alio. Et ratio est clara: quia hoc privilegium concessum est Clericis ratione clericalis dignitatibus. Ergo Clericus retinet clericalem dignitatem privilegium repellere non potest. Addit. nemini datum est renunciare privilegio, cuius renunciatio credit in publicum damnatum. Ut huius renunciatio credit in publicum damnatum, scilicet in p̄iæ iudicium totius ordinis clericalis. Ergo si post altos antiquiores Couart. pract. c. 33. sub. n. 2. Anton. Gom. usr. resol. tit. 3. c. 10. n. 3. Farinac. lib. 1. tit. de inquisit. q. 8. n. 10. Saut. lib. 4. de immunit. c. 3. 1. u. 1.

2 Amplianda est primo hæc regula, esto renunciatio iuramento firmetur: quia ei sacrificium iuramentum, ut potest de re illicita, & quia in potestate renunciantis sita non est. Saut. d. c. 3. n. 1. Farinac. suprad. Scaccia de iudic. lib. 1. c. 11. n. 35. & 36. & habetur expressè c. si diligenter de foro compes.

3 Secundo amplianda erit contentiente Episcopo. Nam ea quæ à iure communi statuta sunt, Episcopus non valet immunitate sed

sed hoc priuilegium ita est concessum cuiilibet Clerico , ut simul etiam ei praepiciatur , ne contra illud agat . Ergo aduersus hoc ius nullus Episcopus procedere potest , sic glossa , cap. significatio de foro compet. per text. in cap. qualiter , & quando de iudiciorum . Suar. d.c.1. n.4. Sigismund. Scaccia de iudic. lib. 1. c.11. n.28. Farinac. lib. 1. q.8. n.13. Et licet in aliquibus iuribus antiquis videtur significari posse ex consensu Episcopi huic priuilegio renunciare , cap. clericis . Et 2. 11. q.1. iam in cap. si diligenter de firo compet. declaratum est id esse illicitum , ut bene tradit glossa in cap. qualiter de iudiciorum . Ex consensu tamen Pontificis optimo potest Clericos huic priuilegio renunciare ; quia ipsi datum est , propterea sibi expediens videbitur , priuilegium hoc restringere tunc quoad personas , quam quoad causas , & facta cap. 1. de firo compet. & tradit Suar. d. cap. 3. num. 8.

4 Tertia amplia . Hoc priuilegium à nulla communitate Ecclesiastica derogari potest ; quia in totius ordinis , & status clericalis honorem est concessum : & constat ex cap. si diligenter de quolibet competente : cædem enim rationes , quæ procedunt de quolibet Clerico , procedunt etiam de quilibet speciali ciuitate : & notatim Suar. d. cap. 3. num. 10.

5 Amplia , neque à Concilio generali , neque à Pontifice totum hoc priuilegium renunciari potest . Quia nulla excoigitari potest rationabiliter causa huius renunciations , & derogationis . Dices esto id illicite fieri , si tamen fieri , factum tenere . Respondeo cum sit contra bonum regnum Ecclesiæ , nunquam est credendum Spiritum sanctum permisurum , ut Pontifex cum Ecclesiæ sit eret . Deinde hoc priuilegium non solum datum est à Pontifice Clericis , sed etiam ab ipsis Principibus secularibus , quam donationem Ecclesie nomine Christi , acceptauit . Ergo sine confessio Christi non viderit posse hanc repudiare donationem : nunquam autem confessio Christus contentire in hac præiudicata renunciatione . Ergo sic . Suar. à numero 10. & seqq.

6 Ex his inferitur , si quis Clericus se fingat laicus , non ob id confessio eius apud iudicem secularium teneri , sed proposito est nulla , canquam facta coram iudice incompetente : cap. et si clericus de iudiciorum . Salzedo cap. 6. sua præf. num. 4. Decian. træt. cim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. n. 114. Idem est , ut permitatur condemnari , condemnatione facta nulla est . Et generaliter quidquid sit contra Clericum , à iudice laico , et prætori nullum , tametsi nulla oposicio , neque declinatoria sit : tradit Salzedo præf. c. 62. n. 2. & seqq. Decius n. 115. Couart. præf. c. 32. n. 2. Farinac. q. 8. n. 15.

7 Secundum isto posse iudicem seculararem sic condemnantem Clericum , sententiam reuocare sub prætextu incompetentiæ ex leg. si præf. C. quoniam . Et quando iudex , & in leg. 4. C. de accusati . & tradit Decian. d. lib. 4. cap. 9. num. 115. Farinac. quæst. 8. num. 15.

8 Tertio infero Clericum coram iudice laico , & omittentem opponere exceptionem , & declinatoriam , arbitrio iudicis , pena extraordinaria puniendum esse , ut pote transfigeretur . Sigismund. Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 11. num. 46. Farinac. quæst. 8. num. 10. & 12. Secundum debet in expensis condemnari : cum enim omnia acta sint ipso iure nulla , & expensas in eis factas excusat facile possit , mentio condemnari debet , ut ea solutur , si de facto non excusat : sic Couart. quæst. præf. c. 3. n. 2. ver. 1. clericis vero . Salzedo præf. c. 6. n. 6. Farinac. quæst. 8. num. 16. Sigismundi. Scaccia cap. 11. num. 46. Aduerto tamen has conditiones non à seculari , sed ab Ecclesiastico iudicacie facienda esse . Nam cum solus Ecclesiasticus iudex possit de causa principali Clerici cognoscere , solus ipse poterit de ei annexi : cap. sum. de o. dñe cognit. cap. si index laicus de sententia excommunicat. in 6. & tradit alii relatis Couartuu. præf. quæst. cap. 33. num. 2. ver. clericis vero . Farinac. q. 8. n. 16. & 17. quamvis contra tentat Iohann. Guttiere. lib. 1. præf. quæst. super leges regni . quæst. 20. num. 4.

P V N C T V M XII.

An consuetudine priuilegium immunitatis amitti , aut diminui possit.

1 Certum est in totum amitti non posse.

2 Plures consentiunt ut iudicem diminui posse.

3 Probabilitas est oppositum.

4 Satisfit oppositis rationibus.

5 An secularis iudex possit titulo violentia impediens causas Ecclesiasticas iudicare.

Certum est in totum amitti non posse . Quia consuetudo non habet efficiatores vires , quam habet lex , sed nulla lex etiam à Pontifice tamen potest immunitatem Ecclesiasticanum integrum derogare , ut nuper dictum est . Ergo neque consuetudo : & ita omnes doctores sentiunt . Quapropter solum de diminutione huius immunitatis est difficultas , an consuetudo fieri possit ?

2 Affirmant grauissimi doctores . Couartuu. præf. quæst. cap. 31. num. 5. vers. quam ob rem . & cap. 35. n. 3. Nauar. sum. cap. 27. num. 70. Vilalob. in e. immuno. opinio. Verbo clericis. n. 80.

Ferd. de Castro Sum. Mor. pars I. I.

in fine . Clarus in præf. crim. quæst. 3. 6. vers. sed ea retenta . Farinac. titul. de inquisit. quæst. 8. num. 3. fine . Iann. Garcia. de nobilit. glossa 9. num. 44. & seqq. & alij plures . Mouentur primo . Quia consuetudine introduci potest , quod potest introduci lege , & priuilegio , sed lege , & priuilegio introduci potest , ut laici causas alias Ecclesiastis cum cognoscant , ut bene probat Decian. træt. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 66. 70. & 76. Ergo etiam consuetudine . Secundo de facto in regno Castellæ , & Lusitanæ , & Galicie iudices secularium cognoscunt de causis pluribus Ecclesiasticis , v.g. de possessori causa , de violencia facta à iudice Ecclesiastico . Tum in neganda appellatione , cum deberat illam concedere , tum in usurpanda iurisdictione , quæ sibi non competit . At non est credendum ut iudices Apostolicæ si dii filios , & catholicos hæc omnia facturos , si libertatem Ecclesiasticam violarent , & faceris canonibus contrariebat . Ergo dicendum est consuetudine illis traditam esse iurisdictionem . Item comprehendunt Clericum in granu delicto inveniunt , & ab eo , qui arma portat , eripiunt , nec ea ipsi reddunt , & in officio seculari delinquentes viuant , & penas pecuniarias , & officij depositiones puniant . Ergo .

3 Nihilominus dicendum est ex vi consuetudinis nequam posse immunitatis priuilegium diminui . Quia ut consuetudo diminuatur legem , debet introduci ab iis , qui legem condere possunt : ut late diximus træt. de legib. dif. de consuetudine . Sed legem immunitatis Ecclesiasticae derogantem nullus alius à summo Pontifice , aut de eius consensu statuerit potest , ergo neque consuetudinem introducere . Dices taciti consentire Pontificem in hac derogatione , cum permittit , ut iudices secularares vocent Clericos ad sua tribunalia , & ibi vocati respondeant : sic mulis allegaris probat Salzedo præf. crim. cap. 102. Sed contra , qua longè abet Pontifex ab hoc consensu , cum quorundam in bulla cena clausula 14. & seqq. eos iudices excommunicationi subiecta . Item ibi abiogat omnes consuetudines immunitatis derogantes . Ergo non confetur Pontifex taciti consentire in tali abrogatione . Ergo non potest consuetudo vim habere : & ita late defendit Azor. tom. 1. inst. moral. lib. 5. cap. 12. circa medium vers. sed dubitari posse . Suar. lib. 4. de immunit. cap. 31. à num. 14.

4 Neque obstant rationes contrariae . Ad primum concedo consuetudine introduci posse , quod potest introduci lege , & priuilegio : dummodo consuetudo introducatur ab his , qui legem , & priuilegium facere possunt . At cum laici nullam legem , aut priuilegium derogans immunitati facere possint ut de se constat ; nulla consuetudine ab ipsis introducta obtinere possunt Ecclesiasticarum causarum cognitionem . Ad secundum respondent aliqui non in vi consuetudinis , sed priuilegiij à Pontifice concessi hanc secularium iudices usurpare cognitionem , & licet hoc priuilegium non appareat , credendum est fusile concessum : quia immemorialis consuetudo signatur est à priuilegio incompleta , quia alia via honesta esse non potest & presumere autem immemorialis consuetudinem utrumque esse , & illuc durum est : sic docet de hoc regno Bannes 2. 2. quæst. 67. art. 1. dub. 2. concil. 6. & de Gallia Menochi. de reuin. posse. rem. 3. num. 354. Rebus in corp. ad consil. Gallia tom. 3. cit. de appellat. tanquam abuso . num. 14. & in concord. Adducent deinceps hanc cognitionem non tam ex priuilegio , quam ex iure ipso naturali illi iudicibus competere : cum enim ipsi datum sit subditos suos defendere , & iure publicam à violentiis praeservare ; efficiunt fanem posse by violentiam repellendam hanc cognitionem usurpare . Quod si obvia Pontificem in bulla cena excommunicate iudices , & magistratus , qui prætextu violentiae impediad ad sua tribunalia Clericos aduocant , & de causis Ecclesiasticis indicant . Respondent id esse verum ; si prætextu , hoc est , simulatione violentiae impedienda fiat . Secundis si vero titulo violentiae impedienda factum sit . Ad confirmationem respondent iudices secularares Clericum comprehendere , & armis eius eripere , non tunc iure iurisdictionis in clericum , sed nomine sui præbasi , & ex illius generali commissione : quia haec commissio recte gubernationi videatur convenienter . Item dicunt de visitatione , & ponitione , quam Rex facit in suis ministris & consiliariis ; nomine enim Pontificis creditur haec iurisdictionis exerceri : alias non appetat , quia ratione possint à iudicibus secularibus coegeri , indicari , & puniri : cum tamen de facto ex parte pena pecuniaria , primatione officij , & exilio à curia Principis condemnatur : ut alii relatis probat Suar. lib. 4. de immunit. Ecclesiast. cap. 34. num. 26. Faretur tamen supradictam doctrinam non leuem difficultatem habere . Nam quod dicitur de priuilegio , non est ita faciliter presumendum : cum sit priuilegium odiosum & immunitati Ecclesiasticæ derogatorium . Et admisso fusile aliquando concessum videatur reuocari cum Trident. decreto seq. 25. cap. 3. tum bullæ cena clausula 19. & ult. vbi quælibet priuilegia quibusvis personis concilia , etiam in vi contractus , & remuneratis reuocantur . Adeo non constat , an hoc priuilegium Regibus concessum sit in vi contractus , & remuneratis , ut simpliciter derogatum non cœnatur .

5 Maiorem item difficultatem haber doctora illa de violentia impedienda . Nam ad illius veritatem necessarium est , ut clara

M. nr

sit violentia, quod tamen in præsenti non contingit: non enim iudices seculares sunt Prælatum violentiam facere subditio litiganti negando appellationem, vel terminos probatorios, quos postulat, & alia huiusmodi, quoque processum examinant, & acta cognoscunt. Ergo prius & surpate cognitionem cause spiritualis, quam illius de violentia constet. Ergo non titulo defensionis procedere possunt, item qui titulo defensionis procedit facto ipso violentiam repellit, non iudicari strepit, & veritatis indagatione, quia defensio non est iurisdictionis actus in subditum, sed exequitio iuris à natura concessi cuiuslibet homini, ut alterum defendat. At iudices seculares causas ad se aducando, & processus examinando, non facto sed iudicari strepit, & iurisdictione exercita violentiam repellunt, si aliqua inest. Ergo illis non licet hoc modo Clericis. Item Ecclesiastici iudicibus non est concessum laicorum querelantem de suo iudice ad iudicium vocare, ibique examinare processum, & injuriam, si forte appareat, emendare, quia, nemini datum est alienam iurisdictionem usurpare, & in alienis causis sis immissere. Ergo laicaribus iudicibus hoc datum esse non potest. Minorem enim potestatem habent iudices seculares ad corrigitos defectus iudiciorum Ecclesiasticorum, quam è contra; immo potius iudex Ecclesiasticus potestatem videtur habere corrigiendi delicta suorum subditorum ex cap. ex tenore de foro compet. cap. Novit de iudicis. At iudex secularis in Ecclesiastico potestatem non habet. Sit ergo certum ex titulo defensionis non posse Regem, & magistrorum hanc causam cognitionem usurpare. Restat ergo, ut solo priuilegi titulo id fieri possit, quod an sit, & an per bullam ecclæ sit sufficienter reuocatum alius descendendum committit.

P V N C T V M XIII.

An Ecclesiastici iudices laicos iudicare possunt,
& in quibus causis.

- 1 Multiplex est causa spiritualis.
- 2 In causis omnino spiritualibus Ecclesiastici sunt iudices laicorum.
- 3 Commitentes crimen heresis, & simonia Ecclesiastico iudicis subduntur.
- 4 Causa matrimonialis coram Ecclesiastico iudice tantum decidenda est.
- 5 Causa temporales, & spirituales à iudice Ecclesiastico, & seculari decidi possunt.
- 6 Causa temporales, & profana possunt à iudice Ecclesiastico trahari, si aliqua qualitate religionis affectuantur.

Invicem egimus de immunitate Ecclesiasticorum à foro seculari, ex qua immunitate satis colligitur, quanta debet reuerentia Ecclesiastica personæ coli, & obseruari. Ut autem haec reuerentia augeatur, videndum est, an possint laicos, sive in causis civilibus, sive in criminalibus ad suum tribunal vocare, & quando haec possint.

Pro cuius decisione præmitendum est, alias esse causas ita spirituales, ut nequaquam in laicos cadere possint, quales sunt ordinum collatio, beneficiorum electio, gubernatio, posseficio, sacramentorum administratio, & similia. Et de his non est dubium ad Ecclesiasticum priuatione quoad secularem pertinere. Aliæ sunt causæ spirituales, que licet in laicorum cadent, carum cognitione non ad laicum pertinet. Haec sunt heres, simonia, excommunicationis, interdictum seutorum, i.e. uniorumque transgressionis, & similius: quia haec causæ omnia habent ex aliquo, quod solum ad Ecclesiam pertinet, nemp̄ fidei sacramentum, ieiunij, & festi præceptum. Aliæ vero causæ ita sunt spirituales, ut simili etiam temporales dici possint, & ita sunt Ecclesiasticae, ut simili etiam seculares nuncupentur. Haec sunt quae omnia habent, cum ex fundamento Ecclesiastico, tum ex fundamento ciuili, & naturali, v.g. furum in Ecclesia, percessio Clerici, fornicatio cum confanguinea, &c. Hac enim omnia contra legem ciuilem, & naturalem sunt, qua parte sunt contra iusticiam, vel temperianam, & simili etiam contra legem Ecclesiasticam, qua parte sunt incepsus, vel sacrilegium.

2. Dicendum ergo est in causis omnino spiritualibus, quæ ex solo spirituali, & Ecclesiastico fundamento omnia habeant, Ecclesiasticos esse iudices laicorum priuatione quoad seculares, cap. tuam de ordine cognit. cap. causam que. Qui filii sunt legitimi, cap. decernimus, cap. quanto de iudicis, & tradidit omnes.

3. Ex his inferno commitentes crimen heresis, simonia, & quod horum suspicionem causat ab Ecclesiastico iudice esse iudicandos, quia haec crimina solum rei Ecclesiastice, feliciter fidei, & religioni aduersantur: sic alii relatis tradit Farin. q. 8. p. 127. vbi concludit, contrahentem binas nuprias, si de heresi suspectus sit (vt vere est suspectus) coram iudice Ecclesiastico & non seculari conueniendum esse: & ita praedicatur.

4. Secundum inferno causas matrimoniales coram iudice Ecclesiastico tantum decidendas esse e. multorum 35. q. 6. e. accedentibus, de excessibus prælat. c. i. n. de procur. & alii, quia sunt res

omnino spirituales. Unde si lis suborta sit, an matrimonium fecit validum, an legitimè contractum, an coniuges separandi sint ob fornicationem, adulterium, leprosum, &c. causa agitanda est coram iudice Ecclesiastico tantum; quia est causa spiritualis ex sola Ecclesia omrum habens; & probari textu in exp. tua de procurator. Quod non solum verum haber, quando dictæ de hac causa matrimoniali agitur, sed etiam quando incidente occurrit quæstio, ex c. tuam de Ord. cognit. e. labor. & ibi Doctor. Qui filii sunt legitimi, cap. si index laicus de sent. excommunicat. in 6. Quapropter si agitur lis de hæreditaria successione coram iudice seculari, & subordinatori dubium, an verum matrimonium contraxeris, vel an matrimonium ex quo natus sis, verum fuerit, quæstio illi ad iudicem Ecclesiasticum remittenda est, & ab eo integrè decidenda ex dicto textu in c. tuam de Ord. cognit. Et ratio est clara: quia runc de re omnino spirituali tractatur. Cou. in ep. de sponsalib. c. 3. §. 3. n. 4. Farinac. q. 8. num. 14. Secùs vero est, si non incidat quæstio iuri, sed facti v.g. an natus fuerit ex illo matrimonio; quia hoc quid tempore est. Couar. in ep. de sponsalib. c. 8. §. 12. n. 3. Arnold. Albertin. tr. de agostend. afferi. e. u. h. & h. 9. 25. n. 5. Farin. q. 8. n. 5. limitat autem Albert. d. q. 25. n. 51. doct. itam, ut procedat, cum causa matrimonialis inter coniuges agitur. Secùs vero est inter unum coniugem, & eius filium vel inter filium, & extraneum agitur, cui limitationi Farinac. n. 15. videatur conferre; & quod causa agitura inter alios, quam inter coniuges matrimonii non lœdit. At mibi haec limitatione non probatur. Nam esto cause matrimoniali non praedictæ, praedictæ tamen iudicio illius, quod debet esse Ecclesiasticum, ut prope de Ecclesiastica & omnino spirituali: & ita sentire videatur Couar. d. cap. 3. §. 1. n. 4.

5. Dico secundo. Causæ, quæ simul temporales, & spirituales sunt, queaque mixti fori vocantur, tam à iudice Ecclesiastico, quam seculari decidere possunt: ab illo inquam sunt decidenda, qui in causa cognitione præveniunt: sic omnes. Ex quo fit enim blasphemia, sodomitæ, incelsus, adulterio, stupri, concubinatus, sacrilegij, fornicati, à iudice Ecclesiastico, ramelli à laico fuerit commissum, iudicari potest: modo præveniat; tradit Farin. sigillatum. q. 8. an. 12. Bobad. polit. lib. 2. c. 17. sive per eorum. Quia haec crimina & iure canonico, & naturali, & c. uili prohibentur.

6. Dico tertio. Causæ temporales, & profanae laicorum vnde à iudice Ecclesiastico tractari possunt, quando qualitate aliqua religiosis afflictionis, & contigit in contractibus iuratis, ratione enim iuramenti efficiuntur Ecclesiastici fori, que solum erant seculares, cap. licet mulieres, de irreuirando in 6. & fide foro compet. eod lib. 6. & vtrōque gloffia & Doctores. Hacten obligatio iuramenti, cum sit personalis non transfit ad hæres, ramelli contractus ad hæres transeat. Unde hæres laicos conuenient non potest coram Ecclesiastico, ut contractum iuratum antecelestis implear, nisi in duplice casu. Primo cum imploratur officium iudicis Ecclesiastici, vt hæres exoneret animam defuncti exceptendo illius obligationis: iuxta text. in e. f. de segul. Secundo cum iudicium exceptum est eum Ecclesiastico contra iurantem: tunc enim hæres renetur iudicio capitulo, & ibi item perficeret: sic alii relatis docet Farinac. q. 8. n. 141. Bobadilla lib. 2. polit. cap. 17. n. 52.

P V N C T V M XIV.

Qua ratione res Ecclesiasticae immunitate locationis gaudent.

- 1 Ad longum tempus res Ecclesiæ locari non possunt.
- 2 Viva triennium res Ecclesiæ locari non possunt; attesta Ex. traug. Ambitiosa.
- 3 Quod procedit, etiam si loces ad sex annos, adiutoria claujula, ut tot sint locationes, quot sunt triennia.
- 4 Si ante triennium finitus renoues locationem, sub distinctione responderet.
- 5 Triennium non temporis, sed fructuum computandum est.
- 6 Facta locatione ultra triennium manet firma pro triennio. & nulla, qua parte excedit, ex probabili sententia.
- 7 Probabilis est invalidam esse ex toto.
- 8 Fit satis rationabilis prioris sententia.
- 9 Mandatum ad locandum potest extendi ultra triennium.
- 10 Prælatus potest sua constitutione triennium concessum limitare.
- 11 Hac prohibitio locationis extenditur ad bona immobilia, & mobilia prestito Ecclesiistarum, monasteriorum.
- 12 Fructus, & prouensus beneficiari, quorunque ipse habeat dominium, pro libito alieno potest, ramelli alij contra sentiantur.
- 13 Magna est differentia inter bona hæc, & bona Ecclesiastica.

1. Scindunt est res Ecclesiæ ad longum tempus locari non posse: habetur expedita elem. 1. de rebus Eccles. non aliand. & cap. nulli codem mit. quia haec diuina locatio, reputatur alienatio, qua in rebus Ecclesiæ omnino est prohibita: co quod

quod per ipsam vtile dominium in conductorem transfertur: ex l. 1. §. quod autem si de superficie ibi; & sine causa cognitum, qui non ad modicum tempus conduxit superficiem, in rem actione competit: sic alius relatis Couarru. lib. 2. var. cap. 16. num. 1. Valquez in opere de redditibus cap. 2. §. 2. num. 21. & seq. Mol. iurista lib. 1. de primogen. cap. 21. num. 18. alter Mol. Theolog. tract. 2. de iustit. disp. 456. vers. de aliis. Spectato iure antiquo longum tempus reputatur in praesenti decennium; quia septuaginta pro modico tempore lumenit. cap. 16. Ne Prelati vi eius: & elem. 1. de rebus Eccles. non alien. & traditum Couarru. & Valquez viceque Mol. supra. Ex quo fit absoluere invalidum esse locationem factam retum Ecclesiæ ad vitam locancis, vel conductores quia haec locatio ex natura sua longi temporis duratione subiecta est, ex d. elem. 1. de rebus Eccles. & ibi glossa. Couarr. d. cap. 16. num. 23. Mol. de primog. n. 29. Addit tamen Couarr. tametsi dubitanter, hanc locationem ad vitam alienum sustinet posse, si vero simili conjectura putetur longo tempore non esse vicinorum, iuxta confederacionem, & computationem. I. Haredianum ff. ad l. Falcidiam. At mihi venis apparet, nequam valere tradit Mol. supra. Nam cum semper contingens sit vitam illam longo tempore priorahendere, & locatio pro vita illius extendatur, efficitur sicut extendit factum sub dubio, & contingens pro longo tempore, quod nullo modo licet. Et confumo. Ponamus vitam illam decennio durare, in talis casu locatione non subsistit, vt bene nota videt Valq. num. 23. Alias dicendum esset validam esse locationem factam pro longo tempore, contra expressam decisionem texti, in cap. Nulli. & elem. 1. de Rebus Eccles. non alien. Ad quælibet locatio hoc periculum habet. Ergo qualibet locatio invalida est: à principio enim invalidata debet: quia à principio totum illud tempus comprehendit.

2. Secundum, istud est attenta extra viam Pauli II. que incipi. Ambitio de Rebus Eccles. non alien. nequam posse res Ecclesiæ ultra triennium locari, quia ita ibidem cauerit sub excommunicatione aliquaque gravissimis penit. Ceterum non leuis est in eis Doctores controversia, an haec constitutio sit vnde recepta. Plures Doctores s'centent vbique receptam non esse, sed ex stylo cuiuslibet doct. id esse colligendum. Nauar. in sum. cap. 27. num. 150. Syluec. verb. excomm. 7. in excomm. 47. num. 83. Couarr. 2. var. cap. 16. num. 6. vers. 5. Azor. 2. p. in ist. mor. lib. 2. cap. 2. vers. quod attingit. Valquez de reddit. c. 2. §. 2. n. 32. & alii plures. Ex illo tamen probabilius supradictam constitutionem vbique esse receptam quoad rem prohibitam, & pacem intrinsecam annulationis ibidem impositam, tametsi quod penas extrinsecas excommunicationis & privationis officiorum recepta non sit, sic Mol. Theolog. tract. 2. de iustit. disp. 456. post medium. Rebello de obligat. iustitia 2. p. lib. 14. q. 1. 2. 3. plures decisionibus Rota firmat August. Barbola 3. par. de poteſt. Epis. alleg. 95. num. 49. Salcedo tract. cap. 71. circa finem. Zendo. c. 32. num. 1. Quaranta verbo alienatione rerum Ecclesiasticarum. num. 49. Toletrus lib. 5. sum cap. 9. 1. vers. 3. de his Paulina Gutiér. lib. 1. can. quaf. cap. 8. num. 9.

3. Dificultas autem est, an procedas aduersus hanc constitutionem, si res Ecclesiæ loces ad sex, vel novem annos, clausula adiecta, vt tot sint locationes, quorū sum triennia, ita ut transfacto triennio primo, pro tunc rem denovo loces. Affirmat prius Beld. cap. 1. §. si libellario. quibus modis feudus amittit. & 1. voluntas. C. de Fideicommiss. Moutetur i. quia vbi dantur plures locationes triennia, neque villa ultra triennium extendetur. Ergo nulla est prohibita. Ceterum tenenda est communis sententia, quam aduersus Baldum firmat Cynos, Albert. Cardin. Ancharian. Lapus, Bart. Alexander, & alii s'cunt referit, & sequitur Couarru. lib. 2. var. cap. 16. num. 4. Alzar. Valafacu de iure emphyteus. quaf. 29. n. 15. Mol. de iustit. disp. 456. circa finem. Azor. 2. p. lib. 9. cap. 2. quaf. 3. Valq. de reddit. c. 2. §. 2. n. 25. August. Barbola 3. par. de poteſt. Epis. alleg. 95. num. 17. & probat clarum textus Au' bent. de non alien. §. quod autem propter fin. vbi loquens de emphyteus, quæ ad vitam accipiens, & duas alias concedi poterat, dicitur nullum esse pactum, quo concedens obligatur sequentem successorem alii prætere, & rem in emphyteus eidem concedere; quia hoc nihil aliud est (inquit textus) quam per reuolutionem, & machinationem perpetuariis etiis emphyteus, magis autem priuationes Ecclesiasticarum agi rerum. Sed in nostro casu idem à fortiori militat, cum per illam machinationem multiplicatae locationes res Ecclesiastica ad longum tempus locetur. Quid enim inter se Ecclesiæ, vna locatione, an pluribus res Ecclesiæ longo tempore conduci? Ecclesia namque solum intendit, ne locatio ultra triennium fiat: quod certe sit, tametsi diuersis contractibus celebretur. Addit hanc conventionem præsumi fieri in fraudem legis prohibientis conductionem ultra triennium & consequenter irrita est, & ianis; sicuti sunt omnia pacta in fraudem legis facta. Idem quod dictum est de locatione illa multiplici, intelligi debet de locatione facta ad triennium cum pacto, & obligatione in scriptura inclusa renouandi locationem triennio tranfacto; quia tunc virtualiter locas rem ultra triennium. Secutis vero dicendum censeo, si de hac locatione renouanda scripturam publicanum facere, sed tantum comitem priuatum locationem reuo-

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars II.

naturam. Hæc enim priuata promissio non est nec formalis, neque virtualis locatione neque ex illa dici potest te ultra triennium locare, sed solum priuarii promittere locarum: sic Azor. 2. part. lib. 9. cap. 2. quaf. 3.

4. Sed quid dicendum, si facta locatione pro triennio ante illud finitum, renoues locationem; Respondeo, si post secundum annum renoues, credo valere contractum; quia tunc non presumemus ex fraude procedere, neque primum contractum continuare, sed nouum efficiere, & rem denovo locare. Item quia censetur contractus finitus, cum parvum pro nihil reputetur. At si ante ceptum secundum annum cum cadem persona contrahas, eidemque res Ecclesiæ conducas, probable fatis est contractum nullum esse, tametsi penitus varietur; quia presumitur factus ex fraude. Et quia iam verum est dicere, rem Ecclesiæ vni esse locationem ad quinquennium contra extram Ambiti set & ita tener Mdl. disp. 466, circa finem & confinat Alzar. Valafac. de emphyteus. quaf. 29. num. 15. quando non varietur penitus. Secutus (dicit) si varietur, immixtio tamen, quia variatio penitus non tollit integrę presumptionem fraudis, neque impedit rem ultra triennium eidem esse locaram.

5. Secunda difficultas est; an Ecclesiæ possit, quæ biennio, vel tertio anno solet fructum reddere, possit ultra triennium locari, etiam flante constitutione Pauli II. Affirmat & bene Nau. in com. de alien. rer. Ecc. n. 21. & 22. Couarr. 2. var. c. 16. Gur. lib. 1. can. 9. 8. num. 12. Quaranta verbo alien. rerum Ecc. n. 18. Aug. Barbola 3. p. de po. Epis. alleg. 95. num. 4. Ratlo est, quia Pontifex non videtur intendisse signare triennium temporis, sed fructum; quia tria fructuum collecto est, quae conductores iniuriant poterat ad possessionem Ecclesiasticam locandam, vt sic steriles (si forte continget) vnius anni aliorum vberitate compensarentur. Et confirmari potest exemplo emphyteuta, qui non cadit in commissum, si triennio non solius penitio nem annexum iei, quæ vnius tantum fructus triennio reddit, vt ex Bald. Alex. Ial. probat Azor. & Couarr. supra.

6. Tertia difficultas, an facta locatione ultra triennium firma sit qua pars triennium comprehendit, & infirma, & irrita qua parte excedit? Affirmat post Bald. Decian. Paulom., & alios, Mol. de primog. lib. 1. cap. 2. num. 28. alter Mol. de iustit. tract. 2. disp. 467. col. 2. Card. Tulch. verb. locat. eccl. 406. in princ. Rebello de oblig. iustit. 2. p. lib. 14. q. 6. Quaranta verbo alien. rerum Ecc. n. 18. Barbola 3. par. de poteſt. Epis. alleg. 95. num. 15. Gamma. decis. 3. 90. num. 3. Mouentur; quia in hac locatione optimè potest separari tempus penitissimum triennij ab alio tempore prohibito. Nam esto vna locatione materialis sit, & vniuersum pretium pro toto illo tempore expolitatum, dividit tamen proportionata cuiuslibet triennij. At quoties vnde ab initio separari potest, vnde per initiale non vitia ex reg. vtile de Reg. iur. in 6. & leg. 1. §. sed si mihi ff. de verb. obligation. Confumo. Donatio facta ultra quingenos aureos absque infinitatione solum in excessu viatur, & firma remanet quoad quingenos aureos à iure absque infinitatione alienari penitus, tametsi vieta sit donatione, & per modum vniuersi omnia donata fuerint: quod expreſſe habetur in l. sanctinus, in princ. vers. si quid autem. C. de donationib. & tradit Mol. Theolog. disp. 278. & disp. 467. col. 2. Clarius S. donatio 9. 17. num. 2. Zealous com. contra com. 9. 222. num. 3. Aloysius Riccius refutat. 102. num. 3. Robell. de oblig. iustit. 2. p. lib. 18. q. 6. num. 6. Confirmo secundò, emphyteus concessa ad quatuor vel quinque generationes, valida est quoad tertiam permissa, inuidia quoad reliquias: ve habeatur Amb. de non alien. §. quod autem. collat. 2. ibi ejusdem data emphyteus alicui, erisque duabus successionibus cum pacto, vt illis deficiens tertius successor obtentus sit emphyteus, & omnibus aliis præferendus, & ceditur dominum emphyteus obligatum non esse duobus hæredibuscessoriis ceteris tradere. Ergo tacite declarata traditionem emphyteus primis hæredibus valere, extensionem tamen à lege improbat, inuidiam fore. Ergo vii'e per initiale non vitiat. Neque obstat, si dicas in illa lege folium esse reprobatum pactum additum emphyteus, emphyteus autem nullum vitium habere: quia solum ad tres vias se extendit. At locatione possessionis pro pluribus annis non ad solum triennium, sed ad omnes illos se extendit. Ergo viiata in una parte, in totum vitiat. Non, inquam, obstat; quia illud pactum cum simili factum sit cum emphyteus contractu, virtute, & in effectu excedit emphyteus ultra tres vias: & que de causa annullatur. Ergo si non obstante hac extensione firma manet emphyteus quoad tres vias, etiam locatione possessionis Ecclesiasticae pro pluribus annis facta, firma debet manere pro triennio.

7. Nihilominus alii plures Doctores non insinuare ne-gant locationem terum Ecclesiasticarum ultra triennium validam esse pro trienniū tempore; sed potius affirmant in eorum viari, sic Bart. in subscr. Qua' rem. num. 7. & ibi Ial. n. 21. de Sacro. Ecc. illos sequitur Couarr. 2. var. cap. 16. n. 5. Valafacu de iure emphyt. q. 29. n. 15. Mantic. de tacit. ambig. conuent. t. lib. 5. tit. 5. in prin. Caid. Peccat. de resili. emphyt. c. 2. n. 30. Azor. 2. p. iustit. moral. lib. 7. o. 10. q. 4. & lib. 9. cap. 2. q. 4. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 162. n. 22. Rota apud Faust. t. 2. p. 1. decis. 30. Bonac. disp. 3. de contrah. feud. quaf. 8. p. 4. num. 32. Valq.

M. 2. 10

in opus de redditib. c. 2. §. 2. n. 28. & 29. Et hac sententia mihi probabilius apparet. Probat primò ex *auth. de non alienan-
t. emphy. ensim*: vbi prohibetur dari emphyteusim ultra tres vi-
tas, & subditur. Alter dari nullo permittimus modo, neque sic
habere aliquod robur statim: & si se vero in perpetuum, dicitur.
Si vero in perpetuum quippe emphyteusim accipere per-
mitit, quid non licet, aut tem. oralem quidam, non tamen se-
cundum hanc nostram legem obseruantur, etiam si cadat quidem
de emphyteusi. & quod datum est maneat apud venerabilem do-
mum: vbi notandum est verbum *cadas*, quod intelligitur à iu-
re, quod vero obtinebit potest. Si autem nullus esset contractus
erit pro tempore à lege permisso, non dicereatur ab illo cadere.
Secundò probant ex *extrau.ambitioſa* dicente: vbi de alienatio-
ne & locatione altera facta, ac ibi præscribitur, dicitur, nullius
omino sit roboris, & momenti: dictio enim illa, omnino pro-
lata indistinctè omnes annos videatur comprehendere. Tertiò
probant ex *clam. 1. de reb. Eel. non alien.* vbi facta alienatione
ultra formam præscriptam dicitur. Neque recipiunt iuri aliquod
acquiratur. At quiores negatia adiungitum cum dictione *al-
iquid*, etiam in qualibet minima parte verificari ut tradit glo-
cl. 1. de Foro comp. verbo non earum: Panorm. & alij relati à Cou.
sap. & Tiraq. in l. s. in unquam. verbo omnia nulla, & *cl. 14. Quar-*
to probant ex *doctrina Bart.* in *l. s. si qui ita ff. de verb. obl.*
affirmantes contractus pendentes à voluntate duorum, si non va-
lent ut fiunt, neque valere, vt fieri potuerint: cui accedit *Roma-
ni consilium* 66, dicentes electioem confilij ad triennium,
neque ad annum valere, si statuum sit, electionem ultra annum
extendi non posse. Ceterum his rationibus respondere non dif-
ficiliter possumus: dicentes intellegendas esse non de toto tempo-
re, sed de temporibus iniutis. Nam leges generaliter loquentes non
conseruent improposita: quod aliis est legibus est permisum, *l. sciend-
iun 15. ff. qui faciſſare cogantur. l. decurionibus cum similibus.*
C. de sibiariis, lib. 32. Cum autem locatio triennialis permitta-
fit à lege, & reprobata ea que longior est: efficiunt sane textus
loquentes nullum robur: neque firmatus habere talen loca-
tionem: intelligi debet respectu temporis à lege reprobatis, nec
respectu temporis à lege permisis: si enim explicari potest
Authen. de non alio. & extrauag. Ambitioſa, & clam 1. cod. tit.
præterquam quod tempore, loquitur non de locatione, sed de ve-
ra alienatione, que in totum est nulla cum forma præscripta
non securatur. Verbum autem illud *cadas* relatum ex *auth. de
non alien.* in quo magnam vim facit *Couarr.* vt bene aduertire
noſter Mol. *d. 467. circa fin.* pro contraria sententia pugnat:
significat enim emphyteutam debere cadere ab emphyteuti tem-
pore virili, & permisso legitime possessa. Nullus enim dicitur ca-
dere ab eo quod non habet, neque potest habere: si igitur ex vi
illius contractus emphyteuta neque habuit, neque potuit em-
phyteutum alio tempore habere, nequam ab illo cadere
dici potest. Ergo si cadit, signum est debitum illi esse emphyteu-
sim pro aliquo tempore, scilicet tempore permisso, quo translatio
ab illa emphyteuti cadit. Adeo ibi per modum poena emphy-
teusim priuari emphyteusim. Ergo ex vi iuris obtinebat emphy-
teusim tempore à lege permisso. *Doctrina item Bart.* vera est, si
non tam probar efficiatur conclusionem, quia dicti potest lo-
cationem illam valere de facto quod tempus permisum, tandem si
inaliqua sit quod tempus reprobatum à lege, & sic actus valer-
quod partem ex modo quo fit.

Quapropter omisimus his probationibus ea mihi efficaciam apparet, que desumitur ex iis, quae communiter in contractu locatio- nis succedunt. Qui enim pro tempore diuturno possestionem conducti, minoris accipi, quam si pro breui tempore acciperet, ut experientia compertum est. At quoties contraheantur non celebrantur contractum eodem modo tempore permisso, ac celebant, cum extra tempus permisum contrahunt, invalidum est contractus, quoad totum tempus, ut ex Batt. & aliis probat Mol. lib. 1. de primis, cap. 21. num. 28. & noster Mol. disp. 467. ver- deinde Cou. 2. var. cap. 16. n. 5. Ergo ab solutio dicendum est con- tractum locacionis rerum Ecclesiasticum ultra triennium, ne- quo pro triennio valere.

Ex hac ratione fit fatis argumento prioris sententiae. Ad i- concedo vtile per iniuste non iniciari, quando separabili sunt faciat in easu praetenti non sunt separabili; quia non eodem pretio locates ad breui tempus, ac locas ad longum. Ad confirmationem concedo valere donationem quoad quingentes solidos ab illis que insinuatione, & invalidam esse quoad excellum, quia dona plurimum sibi permitterunt, voluntate habent donandi quod fibe est permisum. Ad secundum confirmationem bene ibi responderetur

⁹ Quarta difficultas est; an non solum locatio ultra triennium, sed & mandatum ad locandum non possit ultra triennium extendi. Affirmat Couar. 2. var. cap. 16. n. 6. & Azor. 2. p. infinit. moral. lib. 9. cap. 2. q. 5. Mouenius; quia alias fieret fraus legi, si facultatem haberet ad res Ecclesiæ ultra triennium locandas.

Contrarium nihil dicendum appetet, valere, inquam, mandatum procuratori consilium, ut finita prima locatione, aliam & aliam eamdem professionis, prout sibi videbitur, faciat. Non enim, ut a nobis frater Laurentius loquitur, ultra triennium, sed post

candi, quod nullo iure videtur prohibitum: sicut enim tu qui rerum Ecclesiasticarum administratiora es, potestatem habes iocandi ipsas res Ecclesiasticas locationibus triennalibus successuius: ita poteris alteri vires tuis committere. Durum namque appareat quilibet triennio eo obligatum esse mandatum revocare; valet ergo quoties illud non revocas: & ita tenet noster Molin,
de iust. tract. 2. diff. 406. in fine.

10. Quinta difficultas est, an Praetulus possit sua constitutio-
ne triennium concession pet *extranag.* Ambitoſe, limitare.
Affirmatio enim censetur respondendum, quia in *extranag.* Ambitoſe,
locationes triennales non expedita conceduntur, sed permitte-
ntur, & longiores prohibentur. Ergo constituto prohibentur, ne
vltra biennium fiat, potius fauer supradicta *extranag.* quam
ili aduerteratur; & ita tradit aliis relatis August. Barbolæ 3.p. de
potest. Episop. alleq. 95. num. 18.

11 Sexta difficultas est, ad quæ bona Ecclesiastica extendat prohibicio locacionis ultra triennium? Non est dubium extendi ab omnia bona Ecclesiarum, monasteriorum, & pionum locorum, qui sine auctoritate Episcopi erecti, tam immobilia, quam mobilia pretiosa, quo ferendo feriari possunt: quia de his omnibus loquuntur expressè extra iugum, *Ambitio*, & norante Doctores omnes statim referendi. Dux auctoritate Episcopi erecti; nam hospitiale, collegia, confraternitates, alique p̄j loci, qui absque Episcopi auctoritate erecti sunt, nullo modo gaudent hoc priuilegio, tametsi opera pia sunt: sed postmodum bona locaci. ultra triennium, & alienari absque solemnitatibus à iure requisiti. Sic Macfar. de probation. conclus. 839, num. 11. Cardin. Tusclus litz. H. conclus. 163, a num. 9. August. Barbosa 3, p. de potest. Episc. alleg. 75. n. 32. & 33. Gamma decif. vlt. num. 6. Difficultas autem procedit de studiis, & presentibus pertinentibus ad ipsum beneficiarium, & quoniam ipse beneficiarius dominium obtinet, an inquam, hi fructus possint a beneficiario locari in longum tempus; verbi gratia, pro tua fia vita flante (*supradicta extra iugum. Ambitio*)?

12. Negat Gamma *decis.* 3. 90. *num.* 6. & *decif.* 156. n. Barbofa 3 p. de potestate Episc. epif. 145. *num.* 20. acriter pro ea pagina Gutier. lib. 1. canon. quas. cap. 8. *num.* 14. & videtur esse Bonac. *diffus.* 3. de contract. feudi q. 8. p. 4. *num.* 32. *var.* *salutem* vero. Mouturet primò quia in d. *extraug.* prohibetur alienatio, & locatio ultra triennium omnium bonorum Ecclesiasticorum immobilium, & preiosorum mobilium, que feruando servari possunt. At sub bonis Ecclesiasticis non solum bona Ecclesiæ sed propria beneficiarii comprehenduntur, ut ex iis haec *disput.* constat. Secundò, in supradicta extraug. excipiuntur tantum fructus, & bona qua feruando servari non possunt. Sed hoc intelligi non potest de fructibus beneficiorum nondum collecti, hi enim dici non potest, quod feruari non possint. Ergo non comprehenduntur sub exceptione facta. Tertio, est congettura, quia redditus beneficiariorum in sustentationem beneficiarii sunt definiti: *cap. 2. de Prelatis.* Si autem beneficiarius eos venderet, locare, & alienare posset pecunia de presenti recepta, poterat successivi temporis debitis alimentis carere, & ob eam causam Ecclesiæ scutio debito priuare. Ne igitur hoc inconveniens sequatur, dicendum est nequamque posse beneficiarii fructus, & prouenientia sui beneficij ad longum tempus locate, aut alienare. Cixerium mihi verius apparet prouenit & commodiates ad beneficium pertinentes, & quorum ipse habet dominium, posse ab ipso in breve, & longum tempus alienari, & locari: neque de ipsis locis *extraug.* *Ambito*, sed solum de fructibus Ecclesiæ: sic Courat. 2. *var.* *cap.* 16. *num.* 6. ad finem, Avend. de *exequend.* mandat. 1. p. *cap.* 4. *num.* 32. ad finem. Gregor. Lopez 19. *verb.* *arrendat.* 7. *part.* 1. Card. Mantica de *raciti.* & *ambiguo* consente. t. 1. lib. 5. tit. 3. num. 2. 1. *Paxias Episcopalis* 1. p. *verb.* *alienato.* §. 3. pag. 12. Zenedo ad *decret.* *coll.* 76. *num.* 7. *et coll.* 105. n. 3. *ad sexum.* *collect.* 32. *num.* 2. Mol. lib. 1. *ad primogen.* *cap.* 2. *num.* 27. & *noster Mol.* lib. 1. *de infis.* *ratific.* 2. *diff.* 466. *poli med. ver.* Molin. *vbi supra.* Vals. opus de redditibus. *cap.* 2. *s. 2.* 31. *C.* 34. *O.* 44. Azor. 2. *p. infis.* *merit.* lib. 9. c. 2. q. 7. idem docet spectato iure communii, tametsi addat se credere confutudine receptum esse, ne beneficiarius ultra triennium locari fu*ti* beneficii fructus.

Ratio est; quia decisio *supradicta*, extraug. ex processu illius desumenda est: cum generale sit legi ex Rubrica, sub qua collatur accepte interpretatione: Glossa ord. in l. 1. verbo *parato*. *Ci ne licet terito provocare*: vbi Bald. & scribentes, & pluribus exornat Alex. l. 1. *si certum petatur*, p. 3. At in processu manifestum est de solis bonis Ecclesie extr. loqui: inquit enim immobilia, & mobilia preiusta Deo dicata, ex quibus Ecclesia reguntur & ministri alimopiam vendicant. Ecce qualiter de bonis Ecclesiarum loquatur, non de redditibus proprii beneficii, & dignitatis. Neque obstat subiungi generalem prohibitionem omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum: quia per antonomasiam solum bona Ecclesie, bona Ecclesiastica nuncupantur. Tum quia illa generalis prohibito debet intelligi iuxta constitutionis processum, quae est de rebus Deo dicatis. Et ex his soluitur 1. & 2. ratio contraria. Ad 3. concedo illam congruentiam sufficiere, ut statuar lex strobibens alienationes, & locationes finium beneficiorum, ut tempore diuturno

anticipatis solutionibus : at dum haec lex non promulgatur, potest beneficiatus eos pro libito durante vita locare.

11 Hinc constat maximam esse differenciam inter locacionem fructuum, & commoditatum pertinentium ad Ecclesiam, & quorum beneficiatus solam administrationem habet, & inter locacionem fructuum, & commoditatum pertinentium ad ipsum beneficium, & quorum ipse dominus est. Nam primos fructus non potest vita triennium locare, secundos potest pro sua vita. Deinde locatio priorum fructuum facta pro tempore permisso firma remanet, tametsi locans decedat, aut beneficium relinquat, quia illam locationem fecit nomine Ecclesiae, que non periret. At locatio fructuum proprii beneficii periret percursum ipso locante, aut alio modo beneficium relinquente, quia nomine proprio, & de iure proprio facta est: quod nomen & ius cessat beneficiato perirent. Neque in conductorem aliud ius transfere poterat, quam ipse haberet. Denique successor in beneficio stare debet locatione facta a praedecessore de bonis Ecclesiae, si facta fuit in tempus permisum. At non tenetur stare locatione facta de fructu proprii beneficii. Excipe, nisi teras essent facta, & fructus pendentes, & de proximo colligendi. Haec omnia alii relatis docet optimè Courtrai. *viii. cap. 15. num. 6.* *viii. que in finem.* Molin. *lib. 1. de primogen. cap. 21. num. 27.* & nosfer Molin. *disput. 466. vers. Molin. vbi supra.* Augustinus. Barbola *in reuiss. Concilij sess. 25. cap. vi. de reformat.* Bonac. *diss. 3. de contractu locat.* & *conducit. quæst. 7. p. ult. fine.*

P N C T V M XV.

Qua ratione Ecclesiastica bona alienationis immunitate gaudent.

C onclusio est ab omnibus recepta, Ecclesiastica bona immobilia, & mobilia pretiosa, que seruando seruari non possunt, inalienabili est, nisi seruatis conditionibus à iure statutis, & in aliis à iure permisis, ac denique Romano Pontifice consueto, si constituto Pauli II. incipiens, *Apribitis de Rebus Eccles. non alienand. viget.* Pro huius conclusionis intelligentia examinandum est. Primum, que bona dicantur immobilia pretiosa, que seruando seruari non possunt. Secundo, que alienationis sibi rerum prohibite sint, que permittuntur. Tertio, que conditions seruandas sint in harum alienatione.

§. I.

Quo bona dicantur immobilia, & mobilia pretiosa, que seruando seruari possunt, ac proinde inalienabilia.

1. Enumerantur bona immobilia.
2. Expenduntur mobilia pretiosa.
3. Grex ovum sub bonis mobilibus pretiosis videtur comprehendens.
4. Pecunia non comprehenditur sub bonis mobilibus conservandis.
5. Excipe nisi ex voluntate testatoris ad emptionem stabilium destinata sit.
6. Alij limitant per pecunia in banchis camporum: sed non approbatur.
7. An arbores inter bona conseruanda numerentur: sub distinctione responderetur.
8. Reliqui insignes inter bona conseruanda numerantur.
9. Legatum acceptum nequaquam alienari potest.
10. Plures consent non posse non acceptare.
11. Probabilis est non acceptare non esse alienationem.
12. Legatum rei immobilis relictum monasterio incapaci, alienari potest à Prelato.
13. Quid dicendum, cùm aliqua res pretiosa huic monasterio relinquatur.

¹ Bonae immobilia sunt fundus, prædia, domus & similia, Bona fixam radicem habent, quæ vocantur corporalia bona. Item census, quibus annui reddius correspondent, ius ad ipsos, & ad quibus alias seruantes, cathedra, commenda, beneficium Ecclesiasticum, ius patronatus, vii fructus longi temporis, inter immobilia debent computari: quia hoc ius de se perpetuum est. Talis enim indicatrix actio, qualis est res, ad quam est actio, ut bene dixi Anton Gom. *viii. cap. 14. num. 14.* & docet Sylvester, *verbis alienatio, quæst. 9.* Valquez opuscul. de redditib. *cap. 2. §. 2. num. 44.* Barbola alleg. 96. expedit tradidit, exiū de parado, & *s. cumque annui redditus: & innuit glissa, verbo iura ex textu, in cap. 2. de rebus Eccles. non alien. in 6.* Neque obstat alicuius iura, & actiones sub bonis mobilibus, aut immobilibus non comprehendendi, leg. à Diu Pto. *§. in venditione, ff. de sententi. & re indicata:* quia id procedit in testamentis, & aliis dispositionibus, in quibus verba expressa

intelliguntur. Secundus vero in hac materia ex omnium Doctorum receptione consensu, ut notavit Azor. *2. part. lib. 9. cap. 1. quæst. 6.* Barbola innumeratos referens. *2. part. alleg. 95. num. 46.* Quod non solum habet verum in iure perpetuo, sed etiam in iure ad decennium, & ultra; si enim Ecclesia habeat ius participandi fructus aliquos per decennium: tale ius inter bona immobilia computari debet, quia tempus decenii longum tempus, & quasi perpetuum à iure reputatur: sic Molina Theolog. tract. 2. de iust. diff. 46. in medio. Idem estimarem dicendum de mencio rutiliano, quod inter bona immobilia, & quæ alienari non possunt, computandum est: *cap. nulli de Reb. Eccles. non alienand. & tradit glossa ibi, Molin. Theologus tract. 2. de iust. diff. 465. vers. nomine bonorum.*

2. Mobilia vero pretiosa, que seruando seruari possunt, quæque inter immobilia ad hunc effectum computantur, sunt vasæ aera, & argentea, gemmæ, vestes, quæ longè ab incerto distant, & generaliter omnia illa quæ fructificant, & triennio durant: sic gloria l. 1. C. fiduciar. us. v. v. & tradit expressi Azor *lib. 9. cap. 1. quæst. 5.* & 7. August. Barbola plures referens 3. part. de potest. Epis. alleg. 95. num. 8. & 39. Quod si inquiras, cuius valoris debet esse res, ut prenotio dicatur? Respondeo multi videbuntur aereos attingere debere. Hinc sit illas res mobiles alienabiles esse, quæ valorem centum aureorum non attingunt, quæque nec durant triennio, sed vnu consumuntur, & non fructificant, quales sunt vinum, triticum, oleum, lana, & illæ similia: colligitur ex l. quæ lex. §. vlt. C. de administrat. tutor. cap. v. v. de laico. Nauar. de alienat. rerum Eccles. num. 4. Marc. Anton. Genues. in præc. curia. Arcivesc. Neapol. cap. 60. num. 7. Quaranta in summa verbo alienatio rerum Eccles. num. 28. Mol. Iesuista diff. 465. vers. Nomine bonorum, Barbola de potest. Epis. 3. part. alleg. 95. num. 8. & 39.

3. Dubium tamen est, an grex ovum, capraram, & similia, inter bona mobilia pretiosa, que seruando seruari possunt comprehendantur? Credemus comprehendit: cum quia est magni valoris: tum quia per multiplicationem continuam seruari seruari potest: sic Mol. Iesuista tract. 2. diff. 465. in fine.

4. Secundò dubitatur, an pecunia sub rebus mobilibus praetiosis conseruanda intelligatur? Communis sententia negat, quia pecunia vnu quotidiano defervit, & ad illum est destinata, neque seruata vnum fructum part. cap. eiicens dominus 88. diff. glissa in l. cum plures ff. de administrat. tutor. & in cap. nulli de Reb. Eccles. non alien. num. 11. Riccius præfari Ecclesiast. refut. 56. num. 1. Azor. 2. part. lib. 9. cap. 1. quæst. 5. Barbola 3. part. de potest. Epis. alleg. 95. num. 49. Mol. Theolog. tract. 1. de iust. diff. 465. circa finem.

5. Aliqui limitant primò: nisi pecunia destinata sit ad empionem stabilium, v. g. censum, prædiorum, domicum, &c. vel pretiosorum mobilium. Quia tunc ratione destinatio loco rei stabili, aut mobilis pretiosa succedit: sic Azor. q. 5. Barbola n. 41. & videtur tenere Bonac. *diff. 3. de contractu locat. q. 8. p. 4.* n. 2. Dicitur autem destinata, quando autoritate Prelati ad Ecclesiast. seu monasteriorum administrantis definita est: sic Azor. q. 5. Ceterum hanc limitationem solum verum esse censeo, quando destinatio pecunie orum haberet ex eo quod sic à testatore ad illum effectum relata fuit, vel facta fuit ex re aliqua immobili, vel pretiosa ipsius Ecclesiae, quæ renouaretur vendita fuit: in iis enim verum est subrogati pecuniam loco rei immobili. Idem juris est de pecunia, quæ monialibus traditur in depositum, quia ex voluntate donantium censerunt data monasterio, ut perfueret pro monialibus sustentatio: sic Bonac. *diff. 3. de contractu locat. q. 8. p. 4.n. 16.* Alijs autem destinationes omnino vindicant accidentia, neque conditionem pecuniae murant: sic Vafquez opuscul. de redditib. c. 2. §. 2. num. 44.

6. Secundò, limitant alij in pecunia in banchis camporum posita, quia tunc videatur negotiatio exposta, & fructum habere: sic Tiranguel. de retract. lignag. 6. gl. 10. 7. numer. 214. Baiard. ad C. l. 1. §. fin. quæst. 18. num. 15. Barbola alios referens d. alleg. 95. num. 44. quod tamen intelligi debet iuxta nuper dicta. Nam pecunia collecta ex fructibus, seu redditibus rerum immobilibus, vel pecunia, quæ ex voluntate testatoris ad sumptus quondam relata est, certe non video qua ratione debeat inter bona immobilia computari. Vnde enim est obligatio illam in banchis camporum conseruandi? certe ibi solum ponitur interim dum non le offert necessaria illam consumendi: & ita tenet Francisc. Leo in thesaur. fori Eccles. decif. 160. Aloysius Riccius eadem decif. 70. in 1. edit. & refut. 56 in 2. Tertio, limitant, si pecunia destinata sit pro faculta aliqua necessaria conseruandi patrimonij, quia tunc loco patrimonij succedit: colligitur ex l. fiduciar. §. 1. ff. de legat. 3. & tradit Barbola alleg. 95. numero 45. quod debet intelligi iuxta supradicta.

7. Tertio dubitatur, an arbores inter bona immobilia, a mobilia pretiosa numerentur? Breuter sub distinctione correspondit arbores fori mortuas, vel ita opacas, ut potius prædiuum, quam utilitatem afferat earum conseruatio, inter bona, quæ conseruandi patrimonij non possunt, debent repatriari. Nam illud absoluè dicendum est conseruari non posse, cuius conseruatio Ecclesia dampnosa est. At arbores ita prædio necessariae,

necessaria, ut illis sublati prædium grauter redderecur detinens, inter bona mobilia pretiosa, quæ seruari possunt, debent computari: sic Quaranta verbo alienatio num. 37. lits. F. Nauarr. lib. 1. cons. 6. de Rebus Eccles. non alenand. Rodriguez. et. 1. quest. regul. quest. 27. art. 4. Bonac. disp. 3. de contratt. quest. 8. p. 4. num. 8. Ex quo optimè iusserit Nauarr. d. cons. 6. & 7. Rodriguez eisdem verbis. & Bonac. supra, non peccaratum Praelatum scindentes arbores ex nemore, easque vendentem, & in utilitatem monasterii premium expedientem, si ex tali scissione notable damnum hæreditati non proveniat, ut de facto non proveniat, cum reliquæ arbores sufficiens. Secùs vero si ex illarum sectione graue detrimentum hæreditati proveniret,

8. Quartò dubitatur, an reliqua sanctorum sub bonis mobilibus pretiosis alienationi non subiecta comprehendantur? Et ratio dubitandi est: quia haec pretio astimari non possunt. Nihilominus censco has comprehendendi, si insignes sint; quia isto pretio non aquentur, summa suprad omne premium. Vocare autem reliquias insignes, caput, pedem, manum aliquius sancti satis cogniti, & qui in magna apud omnes veneratione est. Has autem reliquias reputari inter bona mobilia pretiosa inalienabilitia docet Riccius decif. 63 num. 6. Bonac. disp. 3. de contratt. feudi, quest. 8. p. 4. num. 8.

9. Quinto dubitatur, an domus, vinea, prægium, census, aures, pretiosum monasterio, vel Ecclesia relictum abique expressa conditione, ut in perpetuum conferetur, computandum sit inter bona, que alienationi libera non subiectur? Respondeo, si acceptum sit legatum, & per acceptationem factum Ecclesia vel monasteri bonum, nequam alienationi liberè subiectum. Cum enim generale sit omnia bona Ecclesia immobilia, & mobilia pretiosa alienari non posse, & haec per acceptationem facta sit Bona Ecclesia, & ex alia parte sunt immobilia, vel pretiosia mobilia; efficient sane comprehendendi debere sub generali prohibitione alienandi res Ecclesia: illa enim expressa conditio, ut non alienetur, ad hanc legalem inalienationem necessaria non est. Quid autem operatur, si aliquando fuerit apostola, §. seqq. dicimus. Neque video in hac parte Doctorem contradicentem.

10. Quocirca solùm pugnant ante acceptationem, an inquam possit Ecclesia, vel monasterium legatum sibi relictum non acceptare? Et ratio dubi est, quia illa repulsa est quodam legati alienatio; si quidem ea facta translati ad heredem. Tum quia inter bona immobilia pretiosa diximus, comprehendendi iura, & actiones ad immobilia, vel mobilia pretiosa. Negari autem non potest monasterium, vel Ecclesia, cui legatum relictum est habere ius, & actiones ad ipsum ex testatoris dispositione. Ergo nequit Ecclesia hoc ius, hancque actionem alienare. Tam quia furore Ecclesia hac legata in Ecclesiam transiunt ipso iure, etiam absque tradizione, ex l. fin. C. de factotan. Eccles. Tum quia generaliter quodlibet legatum in specie relictum translati a morte testatoris in legatari dominium, neque oportet hæreditatis additione expectare leg. 2. Tit. ff. de furtu, leg. 1. §. sed virtutum, ff. si quid in fraudem patroni. Ergo alienari non potest. Item pupilli non potest repudiate fundum sibi legatum, cum rem suam alienare nequit l. magis puro, 5. ff. de Rebus corrum: ibi fundus autem legatum repudiate pupilli sine patroris auctoritate non potest, esse autem & hanc alienationem, cum res sit pupilli, nemo dubitat: sic docent Mol. Iesuita tral. 2. disp. 458. num. 10. vers. dubium est. Quaranta in sum. bullar. verbo alienatio rerum Eccles. num. 23. August. Barboza 3. part. de potest. Episc. alleg. 95. num. 54. Lamberton. de iure patronum. lib. 3. quest. 9. art. 1. n. 31. Menchaca de successu processu lib. 3. §. 27. n. 23. & hac sententia est facta probalis.

11. Nihilominus communem sententiam probabiliorum reputo, ut pluribus firmiter Riccius præf. for Ecclesiast. decif. 96. in 1. edit. & resolut. 82. in 2. Sanchez lib. 7. de matre. disp. 4. num. 12. & lib. 7. sum. cap. 6. num. 4. Bonac. disp. 3. de contratt. feudi, quest. 8. p. 4. num. 38. Azor. 2. p. lib. 9. cap. 1. quest. 12. Moreo, quia hæreditas delata, & Ecclesia non incorporata non est ius quiescere Ecclesia, sed quarendum. Ergo inter bona Ecclesia computandum non est. Item repudiatione non est alienatio, sed solam est non acquistio l. alienationis, ff. de verbis. significat. Alias debitor repudiatus legatum conferetur alienare in fraudem creditorum: contra explicationem textum in l. qui autem. ff. de his qui in fraudem credit. Dices ex his solam probari hanc repudiam non esse alienationem legati relieti, non tamen probavi non esse alienationem iuri, & actionis ad ipsum, quod ius inter immobilia, aut mobilia pretiosa diximus computandum. Sed responderetur facile illam non esse alienationem. Tum quia ius alienandi hæreditatis, seu legati non est absolutum, sed conditionatum pendens a voluntate nostra; ac proinde facta repudiatione coniunctur nonquam nostrum fuisse, quod optimè explicuit Lur. consil. in leg. 1. vers. mirum autem, ff. Si quid in fraudem patroni dicens. Quamvis enim legatum retro nostrum sit, nisi repudietur, atcamen cum repudiatur, retro nostrum non fuisse palam est.

Neque obstat oppositæ rationes. Ad primum concedo legatum translati ad hæredes facta repulsa, sed pego transire ex repulsa, translati namque ex successione, quæ impediabatur lega-

tione facta. Ad secundum concedo iura, & actiones absolutas comprehendendi sub boatis immobilibus propriis. At ius ad legatum, & hæreditatem non est absolutum, sed sub tacita conditione, si legatario placuerit, ac proinde est ius renocabile, & imperfectum: eaque de causa non dicitur esse inter bona legatario, leg. prævia rerum, ff. Ad leg. falsid. Ad tertium codem modo respondet translati ad Ecclesiam non absolute, sed reuocabilitate. Ad leg. magis puro, omisso alij solutionibus probatur mihi responso Sanch. d. disp. 4. num. 12. & Anton. Gomes 2. var. cap. 14. num. 14. minori non solum alienationem, & liquidationem suorum bonorum prohibitam esse, sed etiam latenti omissionem. At Prælatis non prohibetur omissione luci, sed acquisti luci alienatio.

12. Sexta dubitatio est, an si aliqui legatum rei immobili relinquunt monasterio incapaci retinendi rem immobilem, alienari possit a Prælato, & in proprios, & quotidiano viuis monasterij conetur? Respondeo posse: quia illa bona non sunt monasterio ob eius incapacitatem incorporata, ex textu in elem. exiū de verbis. significant. At prohibito alienationis est pro bonis Ecclesia incorporata. Ergo. Deinde testator relinquens legatum rei immobili monasterio incapaci, tacite volunt legatum relinquere, vt illo viatur eo modo, quo posset, quia præsumitur vele, vt legatum, eo modo quo hec possumus sit. Ergo præsumitur vele ve n. illa alteretur, & in proprios vlos conetur. Sic Riccius præf. for Ecclesiast. decif. 56. in 1. edit. & resolut. 53. in 2. edit. Quaranta in sum. bullar. verbo alienatio rerum Eccles. n. 41. vers. 6. August. Barboza 3. p. de potest. alleg. 95. n. 59.

13. Sed quid dicendum, si aliqua res pretiosa mobilis hec monasterio relinquatur, potest ne vendi, & in sustentacionem Religiosorum, alij vlos conetur?

Negat Riccius resolut. 53. num. 5. Barboza alleg. 95. num. 59. fine, quia sunt incorporata monasterio. At contrarium credem probabile: eo quod rata ratio prohibitionis alienandi res mobiles pretiosas, quæ seruari possunt, est, quia inter bona immobilia computantur, quorum alienatio omnino prohibita est non seruari à iure solemnitatis. At hæc prohibito non procedit in legato rei immobili rei monasterio incapaci retinendi: ergo à fortiori nos procedere debet in legato reliqui rei pretiosi mobilis, ramessi longo tempore conservari possit, quia non videatur obligatus tale legatum conservari in perpetuum.

S. II.

Quæ alienationes prohibita sunt, quæ permitta: vbi expenduntur conditions ad alienationem Ecclesiasticorum bonorum.

1. Duplex est alienatio, pressa, & lata.
 2. Non solum venditio, donatio, & permutatio, sed locatio ad longum tempus, feudum, & emphyteusis prohibita est.
 3. Iurans non alienare bona Ecclesia non potest, in probatione sententia in feudum ea concedere, neque in locationem ad longum tempus.
 4. Si iurans bona Ecclesia non alienare in conuictu Pontifice: locum de illicet, & prohibita alias alienationibus nulligatur.
 5. Quatuor enumerantur causa bonaendi alienationem.
 6. Aliqua pro supra dictis conditionibus considerabilia aduantur.
 7. Coniunctio, seu transmutatio viuis in aliud aucti dominus translatione licet.
 8. Pro alienatione rerum mobilium, quæ seruari non possunt, & pro rebus modicis, nulla est in iure assignata alienatio.
 9. Tractatus in alienatione rerum immobilium, & mobilium pretiosarum requiritur.
 10. Itē requiritur consensus expressus Collegij, & in forma Collegij.
 11. Tertio requiritur consensus superioris.
 12. Quartu requiritur subscriptio Clericorum in casibus expressi.
 13. Requisitus consensus Pontificis, ubi extraug. Ambitio, fuerit recepta.
 14. Supradictæ conditions an debeant seruari in legato reliqui clauilia, ut quales Ecclesia viuis fuerit, illud possit alienare? Affirmant plures. Probabilius oppositum.
 15. Legatum reliqui ea conditione, ut nunquam alienetur, seruatis supra dictis conditionibus alienari potest.
 16. Debet tamen superiori manifestari iure conditionis, si per modam dispen. actionis consensus imperetur.
- Premitto primò alienationem presé, & latè sumi. Alienatio presé sumptuosa est translatio dominij directi rei alienatae. leg. 1. C. de fundo dotali, & ibi glossa, & colligunt ex leg. 1. Cod. de iure emphyteut. latè sumptuosa est translatio cuiuscunque iuriis.

iuris, & dominij iuxta e. Nulli de rebus Ecclesiast. non alien. Alienatio bonorum Ecclesiasticum non solum stricta, sed lata prohibetur, teneat Doctores omnes in disceptu referendi, & constat ex d. nulli, & ex vero iur. de Reb. Eccles. non alienand. & ex extrauag. Ambitiosa, & clem. 1. eadem tit. Permititur autem alienatio, ut ex supradictis texibus constat, si in evidenter Ecclesia viliatatem cedat, & Pontificem consulatur, de quibus con-

ditionibus faciat dicam.

2. Ex his inferitur non solum probabilitatem esse in rebus Ecclesiasticis venditionem, donationem permutationem, sed etiam feodium, & emphyteusum, & locationem ad longum tempus; quia per hanc transferunt dominium virile in feudatum, & emphyteutum, & conductorem, & removent ab Ecclesia: sic Azor. tom. 2. in instit. moral. lib. 9. cap. 1. question. 2. Mol. Theolog. tract. 2. de inst. disp. 464. & seqq. Idem iuris est de pignorariatione actione, aut hypothecaria, nequam enim licet in rebus Ecclesiastibus ablique debita foeminitate, & conditionibus a iure requisitis: nam etsi per hanc actionem non transferatur dominium absolute, pericolo translatio exponitur, casu quo deficit, unde principalis obligationis satist: sic Couart. var. cap. 16. num. 7. Vsq. de redditib. cap. 2. § 4. num. 35. Mol. & Azor. supra. Et ratio omnium est. Quia in materia favorabili, qualis est hæc alienationis prohibicio, omni hæc, per quam transferunt in extracrum ius aliquod virile, comprehenduntur, & per quæ confirmant in rebus Ecclesiasticis servitum aliquo. Dubiant ergo Doctores, an hoc intelligendum sit de hypothecationi, vel de speciali tantum? Pluribus relatis defendit Couart. 2. var. cap. 16. num. 7. generaliter hypothecam non prohibetur, sed solum speciale. Idem trahit Molin. tract. 2. de inst. disp. 466. in primit. idque videtur approbare Bonac. disp.

3. De contractis, feudi: quest. 8. par. 4. n. 31. fine. Neque mihi diffidet; quia ex generali hypotheca non tam res, quam persona nament obligata; & quia de causa debitor, qui bona suo creditori generali tantum hypothecat, non impeditur ab illorum alienatione, neque sic alienata credito i submittuntur. Scimus vero procedit in speciali hypotheca. Et confirmari potest, quia seruus (speciali hypotheca obligatus manumisit) non potest. Scimus vero si solum per generalem hypothecam obligatus sit, 1. 3. de seruo pign. date.

3. Secundum infero, quid dicendum sit ad illam questionem, an iurans bona Ecclesia non alienare, peccet contra iuramentum, si ea tradit in pignus, vel hypothecam, vel in feodium, & emphyteusum, aut in longum tempus locationem? Negat Couart. 2. var. cap. 16. num. 2. Mouetur: qui in his quæ odoſa sunt, stricta debet fieri interpretatione. Ergo solum de alienatione propria, qualis est ea, per quam directum dominium transferatur, intelligendum est. Ceterum, probabilius est oppositum. Quia iuramentum absolute sumptum intelligentum est iuxta materiam qualitatem: cum autem in hac materia alienationis bonorum Ecclesiasticorum non sola venditio, donatio, aut permutatio, sed etiam qualibet actio, per quam virile dominium transferatur, intelligatur: si sane iuramentum non alienare bona Ecclesia, & locantem ad longum tempus, & pignori, aut speciali hypotheca sufficiens Ecclesiastica bona alienare, ac proinde per iurum esse: sic Panormit. cap. intellectu de iuramentando, num. 10. Mol. tractat. 2. de inst. disp. 466. vers. ex dictis. Vsq. de redditib. cap. 2. § 2. dub. 3. num. 24.

4. Sed quid si iurasti, (vt sapere iurare Prelati solent) non alienare villa Ecclesia bona, nisi Pontificis consilii, an inquam hoc iuramentum extendatur ad quamlibet alienationem iure permisam, solum ad prohibitum?

Affirmas Azor, alij relatis 2. part. instit. moral. lib. 9. cap. 1. quest. 9. ver. altera sententia, extendit ad quamlibet alienationes, nec repudiat a iure, sive ab eo permisit, confitente videtur Mol. tract. 2. disp. 468. vers. 10. Panormit. cap. 10. super huc. & videtur confitente Nauar. com. de alienat. rerum Eccles. n. 14. Mouetur, qui iuramentum aliquid debet operari: si autem ad folias alienationes prohibitas extendetur, non apparet cuius voluntatis sit. Secundum negari non potest extendi posse ad alienationes quacunque, vt sic cautiuit, & consiliius fiant. Tertio, quia in extrauag. Ambitiosa de rebus Eccles non alienand. statuunt poena aduersus eos, qui inconfilio Romano Pontifice, aut contra illius constitutionis prescriptum tenet res Ecclesiastem alienauerint. Ergo solum defectus consultationis Pontificis sufficit ad incurriendas penas, tametsi severer prescripsit ordino appositus in dicta constitutione: quia ad incurriendas penas, vel defectus consultationis, vel defectus alienus conditionis requiri sufficit, si quidem sub disfunctione apponitur, & ad disfunctionem sufficit viam patrem esse veram, ex leg. plenaria, ff. de iure dotum, cap. in alternativus de Reg. iuris, in 6.

Alij vero est contra sentient tale iuramentam comprehendere illas tantum alienationes, & contra formam iuri. Primo iurare non infundare bona Ecclesia inconsulto summo Pontifice, non intelligitur de feudo dato, & ad Ecclesiastum devoluere: quia hic est per se licitus, sed de nova feudi datione, que illata est. Secundum iurans non alienare res Ecclesiast., potest alien-

nare inutilis, vt sit glossa ex textu in cap. vt super de rebus Eccles alienand. vel non Calderin. cors. 7. eodem. titul. Federico de Denis conf. 2. 10. Item potest alienare res modicas, vt tradit Panormit. cap. vlt. de Eccles. adiunct. num. 9. & Probat textus in cap. terrulas, 12. quæf. 11. Demide iuramentum factum de non alienandis rebus Ecclesiast., de alienatione illicita intelligitur; vt defendit Azor. d. lib. 9. cap. 1. quæf. 17. cum Panormit. cap. vlt. de Eccles. adiunct. num. 3. Quia ratione cum Praefat iurat perpetuo in Ecclesia commoratum, non obstante illo iuramento potest absesse ex causa necessitatis, vel utilitatis Ecclesiæ. Quia (inquit) iuramentum factum in materia iuri, ad iuri terminos restringi debet. Ergo iuramentum factum de non alienando, nisi confilio Romano Pontifice, intelligi debet de non alienando in illis casibus, in quibus Romanus consensus a iure postulatur. Et hie modus dicendi midit probatur. Solum est dubium in quibus casibus Romanus consensus a iure expolulatur, iuxta extrauag. Ambitiosa. Et breuiter respondeo expolulatur in omnibus illis casibus, in quibus Prelati consensus, & tractus expolulabatur a iure: ita enim conditionibus voluit Paulus secundum consensum Pontificis addere. De aliis vero alienationibus, que nullum tractatum, nullumque consensum superioris, nullamque iuris solemnitatem postulant, consensus Pontificis non requiritur. Neque obstant in contrarium adducta. Ad primum negamus iuramentum nihil operari, cum operetur firmiore reddere Prelatum in obseruandis a iure statutis. Ad secundum concedo extendi posse ad qualibet alienationes: nego tamen de facto extendi. Ad tertium dico defectum consultationis Pontificis sufficere ad incurriendas penas in illis casibus, in quibus consultatio requiritur. At dictum solum requiri in illis casibus, in quibus requiritur tractatus, & episcopalis consensus.

5. Premetto causam legitimam alienationis rerum Ecclesiasticarum multiplicem esse. Quarum enumerant Doctores cum glossa in summ. 12. quest. 2. sic Panormit. cap. Nulli de Rebus Ecclesiast. non alienand. n. 15. Sylvestr. in summ. verbo alienatio, quæf. 2. Couart. 2. var. cap. 17. num. 2. Molin. disp. 468. Vsq. opus. de redditib. cap. 2. § 2. dubit. 9. Nauart. de alienat. rerum com. num. 3. Azor. 2. par. instit. moral. lib. 9. cap. 1. quest. 3. Barboſa 3. part. alleg. 05. n. 23. Bonac. disp. 3. de contract. vbi de feudo, quæf. 8. part. 4. n. 4. Prima causa est necessitas, vt si Ecclesia grauerit arc alieno, nec si solvendo nisi bona alienet, & conflatur ex Authent. sanctissim. C. de facr. sanct. Eccles. Secunda est viuilla eiusdem Ecclesiæ, vt vendatur ager, vt vilior ematur, & calix, vt pretiosior habeatur: & habetur cap. sine exceptione. 12. q. 2. Tertia est incommoditas, seu iniurias rei alienandas: si enim res nullam utilitatem praetulit Ecclesiæ, & alienata præstare potest, negotium Ecclesiæ geritur in eius alienatione. Idem iuris est, si plures sumpus in ea colentur, inserviunt, quam est viuilla inde proueniens: conflatur ex ceteris, 12. quæf. 2. & d. cap. sine exceptione. & clem. prima, de rebus Ecclesiast. non alienand. leg. iubemus. Cod. de sacrof. Eccles. Supradicta tres causa ad viam possunt reuocari, scilicet ad evidenter Ecclesia necessitatem, vel utilitatem, vt bene notauit Vsq. & Molin. supra. Quarta causa est pietas, veluti cum ecclesia est alienata pro redemptione captiuorum. S. facr. ius. de Rerum diuis. vel pro aliendis pauperibus, ne frigore, vel fame perent, leg. sanctissim. C. de sacrof. Eccl. & cap. curvum habet Ecclesia. 12. q. 2.

6. Aduerto tamen primo supradictas causas, vel aliquam illarum existere debere tempore alienationis; si quidem ex illa causa alienatio honestatur. Quod enim non est, nullam honestatem tribueri potest: sic Rebiff. in compend. alienat. num. 73. in fin. Praxis Neapolit. cap. 89. num. 3. Surdus de alimento. tit. 8. prius leg. 58. num. 78. & tit. 9. quæf. 11. num. 10. August. Barboſa 3. part. de poter. epist. alleg. 8. 3. n. 17. Bonac. disp. 3. de contract. feudi: quæf. 8. par. 4. num. 5. Aduerto secundo alienanti conflatur debere causam alienationis vere existere. Quia ex dubia causa alienatio facienda non est, cum non cedat in evidenter Ecclesia utilitatem: & habetur expetit. cap. sine exceptione. 12. quæf. 2. Quomodo autem hoc confare debet? Credo debere per informationem testium, quia alia ratione reddere non poterit, seu recta administrationis. Neque alio modo Episcopus præstat assensum, nisi præmissa prius hac informatione, & citatis his, quorum intercessit, vt notaui Riccius in praxi fori Ecclesiast. dec. 9. in prima edit. & refolvi. n. 10. In 2. Vnde cum alij commitiūt a fide Apostolica, vt præstet assensum rebus alij Ecclesiæ alienandas, si ei legitime contulerit in evidenter Ecclesia utilitatem edere alienationem, vel pauperibus aliendis, aut capiūs redimendis effr. grauiter necesse fariam, debet de iis informationem capere; alias non dicetur ei legitime confare. Prax. Neapolit. cap. 60. num. 21. Bonac. supra n. 5. & alij apud ipsos Aduerto tertio quoties alienatio he pro latifaciendo ære alieno, quo Ecclesia est gravata, debitissime solvendis, cogit. empti. probare rerum venditatem pecuniam sic expensam efficeretus in cap. 1. S. hoc ius per rectum. 10. q. 2. lex regia 3. tit. 1. part. 5. & relato Bald. Innocent. Imo a, & alij tradit Couart. lib. 2. var. cap. 17. n. 3. vers. ceterum. Ab hoc autem onere probationis eximunt emptor, si præmissis tractatibus,

tractibus, aliisque solemnitatibus à iure requisitis pecuniam tradidit, & res Ecclesie receperit; quia tunc praelendum est in ipsius uilitatem pecuniam veram ecclesie Conat, *suffr.* Ad uero quarto, si necessitatia pauperum, & satisfactione eius alieni prouideri potest redibus beneficio, tamen applicari sit in ministrorum Ecclesie sustentationem, cellas tunc causa necessitatis, aut uilis alienandi bona immobilia, aut mobilia pietatis Ecclesie sibi quidem alia via minus dannosib; & pauperibus prouideri potest. Neque oblati fructus, proutenus applicatos esse in sustentationem ministrorum; quia videtur ipsi applicati sub eo onere, ut Ecclesie, & pauperibus, aliquique grauitate opprimitur prouideant; cum id facere possunt abuso gravi incommode: sic Praxis Neapolit. cap. 89. num. 4. Bonac. *dissim. 3. quaf. 8. part. 4. numer. quinto.* Riccius verbo alienatio. *Suffa numero terio, & dec. 103. vers. alienari.* Tabi. verbo alienatio num. 4. Ad uero quinto: non quilibet necessitatem pauperum sufficiens esse ad bonorum Ecclesie alienationem, sed necessario debet esse extre-
mam, vel saltum grauem valde, principiū si inde dimicandus est diuinus cultus, ut optimè expendit Courat, *iar. cap. 16. n. 8. fine Mol. diss. 468. concl. 2.* arbitrio ergo Prelati relinquendum est.

Sed quid si in hanc necessitatem propria culpa detinuerint; eo quod bona propria ludis, & luxurias insumpserint, & gravata esse alieno in carcere detrusi sint, vel alias famem patiantur? Respondeat optime Courat, relatis hinc inde opinio-
nibus, cui consentit Valsq. in opere de redditib. cap. 2. § 2. dub. 10. num. 37. & 38. Mol. *diss. 468. conclus. 2.* si in extrema, vel grauissima necessitate sint constituti, debet Ecclesia illis alienatione suorum bonorum prouidere; si quia culpa anteceden-
tis, non impedit obligationem caritatis, quae est de subveniendo proximo indigentis, principiū eum præsumi potest illius culpa ponitare: & facit cap. paf. 88. diss. At si non directa à culpa, tametsi ob illam contigit sint in extrema, vel grauissima necessitate, ut contingit, cum condemnati sunt ad tritemes, cat-
cerem perpetuum, vel mortem: in talia eis non solùm non re-
tinet Ecclesia, sed nec potest sua immobilia, aut pietatis mo-
bilis alienare. Quia ibi duas necessitates concurrunt, altera pro-
ximi condemnati, altera reipublica scandalizare, & culpis con-
demnati lese, cui punitione delinquentes satisficeri debet. In
hoc ergo concursu præstat reipublica satisfactionem permitte-
re, potius quam condemnato prouidere: sic Mol. Valsquez,
Courat, *suffr.*

7 Tertio primito consumptum, seu transmutationem vnius rei in aliam absque alienum dominii directi, vel uilis translatione non videri prohibitam illius textibus, in quibus facta est prohibito alienandi res Ecclesie: quia sine transla-
tione dominii directi, vel uilis in alterum nulla est alienatio. Hinc fit licitum esse beneficiario ex calice venusto, Ecclesiæque non necessariæ crux nec necessaria fabricare, ex oliveto antiquo, & ferre inutili vineam facere, quia non est alienum, sed opima bonorum Ecclesiæ administratio, sic Riccius *dis. 136.* & colliguit ex Nauari, lib. 3. consil. cons. 6. Rodriq. *tom. I. 99. regol. 9. 27. art. 4.* His præmissis,

Vt questioni fiat fatus, videndum est quæ solemnitas à iure expostulata sit pro alienatione rerum Ecclesiæ. Nam ex illius cognitione constabit, quæ sunt alienationes permisæ, quæ prohibita.

8 Et quidem pro alienatione rerum mobilium, quæ ser-
vando seruari non possunt, nullam esse signatam à iure sole-
mitatem constat ex textibus loquentibus de alienatione rerum Ecclesiæ, in quibus nulla de his sit prohibito, sed potius consil-
lio: cap. Nulli de rebus Ecclesie, non alienand. & elem. 1. eodem it. & extrinsecus ambitus. & authent. de non alienand. & alia. Quapropter ille, cui est rerum Ecclesiæ integra administratio commissa, potest hanc, si Ecclesiæ, pifque operibus uile
fuerit uisum, alienare: glosa d. cap. Nulli verbo immobilium, & ibi Panormit. num. 8. Item glosa cap. tua de his que sunt à Prelato sine consensu cap. verbo tractatu, & ibi Panormit. n. 7. Valsq. opus. de redditib. cap. 2. § 2. dub. 3. in princip. num. 44. Molin. *tractat. 2. de iust. diss. 468. conclus. 1.* Augusti, Bar-
bola de potest. episc. 3. part. alleg. 95. num. 37. idem quod dictum est de iis rebus, quæ seruando seruari non possunt, intelligi debet de rebus modicis, & parum Ecclesiæ uilibus, per textum in cap. terrulas 12. quaf. 5. quia harum alienatio pro nihil reputatur, neque in iudicium consideratur. Neque enim uult admini-
stratorem rerum Ecclesiæcarum ita rigide tractare: si post alios antiquiores tradit Molin. d. *dissim. 468. vers. 1.* licet
predicta solemnitate. Aloysius Riccius in præf. fori Ecclesiastici, *dict. 39.* in prima edit. & *resolutione 306.* in 2. edition. Maillard. de probat. *conclus. 277. num. 12.* Quaranta in summa, *bullarum.* verbo alienatio, num. 41. Barbola de potest. Epis-
cop. 3. part. allegat. 91. num. 50. Bonac. *dissim. 3. de contract.* ubi de feudo. q. 8. p. 4. n. 7. vers. responeo. Ex quo inferunt Bonac. Mol. & alii plures posse Episcopum abesse consensu capitulo res Ecclesiæ modicas parumque uiles alienare, non ob-
stante iuramento emisso, in eius consecratione de non alienan-
do rebus Ecclesiæ quia iuramentum solum comprehendit alien-

nationes illicitas, neque extenditur ad easas iure permisso-
nes. Quæ autem dicuntur res exigui valoris, & patrum Ecclesiæ vi-
les prudens arbitrio relinquendom est, iuxta tempus, & loci
confutudinem. Quaranta, Barbola, Bonac. & Riccius *suffr.* Regulanter quæ valorem decem auctorum non excedit, ex-
igua reputanda est, Praxis Neapolit. cap. 60. num. 3. Bonac. *loc. citato.*

Quocirca de rebus solum immobilibus, & mobilibus pre-
tiosis, quæ servando seruari possunt, statuantur à iure aliquot
conditiones pro illam alienatione, ut confit ex cap. fine ex-
ceptione. 12. quaf. 2. cap. sua de his que sunt à Prelato sine con-
fensi capitulo. Nulli, & toto it. de Rebus Ecclesie non alienand.
element. 1. extrinsecus ambitus eodem it.

9 Primum requirit tractatus, seu communis examinatio
de uilitate, aut necessitate alienationis inter ipsos, ad quos res
alienanda pertinet. Qui tractatus sit discutendo rationes hinc
inde propositas. Haec enim diligentia facienda expedit habe-
tur elem. 1. de Rebus Ecclesie non alienand. & cap. 1. & 2. eod. it. in 6.
cap. 1. & 2. de his que sunt à Prelato sine consensu capitulo. fine
exceptione. 12. q. 2. Solum est dubium, an sufficiat item ita
confulti, & tractari, an potius his, vel ter tractari debet. Re-
pondeo cum communis lenitatem sufficiat vnde tractatum
quia in supradictis textibus solum in singulis fit mentio tradit-
us. Ergo sine fundamento multiplex expostulatur: sic rela-
tis Glosa, & Doctoribus probat Courat. *var. cap. 17. n. 1.* Azor. *2. part. inst. moral. lib. 9. cap. 1. 9. 4.* Valsq. epist. de Redi-
tib. cap. 2. § 2. dub. 12. n. 4. Bonac. *diss. 3. de contract.* fons. 9. 8.
& 9. 7. Mol. *tractat. 2. de inst. diss. 468. vers. secundo dictum est,*
& alii.

10 Secundo post tractatum, & discussionem factam de con-
uenientia requiri confensu collegij, hoc est Canonico, si res alienanda sit Ecclesiæ cathedralis, vel collegiate, & reli-
giotorum, & si conuentus religiosorum, & clericorum ben-
eclariorum, si sit Ecclesiæ parochialis plures habens beneficia-
tos, ut bene tradit Mol. *dis. 468. concl. 5.* Sylvest. verbo alien-
atione q. 4. Gama *dict. 49. n. 2.* Valsq. *n. 42.* At si beneficiatos non
habeat, solum Rector de consensu Episcopi poterit alienare cap.
1. de Rebus Ecclesie non alienand. in 6. & notaui Mol. *dis. 468.*
concl. 5. Hic autem consensus expeditus debet esse, vt lati collig-
atur ex c. 1. de his que sunt à Prelato: vocatur enim talis con-
fensus collaudatio, qua approbatione, & expeditum con-
fusum denotat: & tradit Mol. *versic. 3.* Valsq. Bonac. *suffr.* Debet
tamen esse consensus à maiore parte capitulo, & his sufficiat
tunc capitulo consenserit confiteri. An vero si consensus
debeat prefari à Clericis in Capitulo congregari, vel sufficiat
si singuli seorsim consensum præsent: Sylvest. verbo alien-
atione quaf. 5. ad finem. Valsq. dub. 12. ad finem num. 42. Bonac. p. 4.
n. 7. censem sufficiere singulare esse præstium. At credo pro-
babilius contrarium cum Hostiens. & alii apud Sylvest. *suffr.*
Quia singuli seorsim sumptu non faciunt collegium, neque capi-
tulum, neque talis consensus singulorum est consensus col-
legij. At in supradicto texu requiritur collegij consensus. Dicitur
tamen namque in cap. fine exceptione, & cum totius cleri tractatu,
arque consensu, &c. Item tractatus inter canonicos congrega-
tos habendum est, vt de se constat. Ergo & consensu, cum co-
dem modo vixerit expostulatur. Item textus in cap. 1. 2. &
3. de his que sunt à Prelato, de consensu capitulo loquuntur.
Inquit enim textus in cap. continetur: si contentu scire, &
non contradicere. Item cap. cum nos iam pridem eodem it.
ibi reclamante capitulo, &c. Addit tamen, & bene Panormit.
d. cap. irrita, de his que sunt à Prelato, num. 7. & Mol. *dis. 468.*
vers. 3. si capitulum ob bellum, vel a iuri causam ragen-
ebit, debere Prelatum loci capituli alios Clericos labores,
quibus cum tractet, & consular de re Ecclesiastica alienanda, &
quorum consensum expostulat, illoque præstio poterit alienare.

11 Sed quid si capitulo non consenserit Prelatus alienare? Re-
pondeo itram esse alienationem ex cap. irrita, cap. continetur.
De his que sunt à Prelato, sine consensu capitulo Exigimus
cum capitulum postmodum ratam habuerit ex a. cap. cum no-
strum pridem. De his que sunt à Prelato, &c. Et tunc reparandi est
valida alienatio, non à tempore nostro ratam cum capitulum ha-
bit: quia tunc adiuncta requisita ad alienationem: sic ex Pa-
normit. cap. irrita de his que sunt à Prelato, n. 5. tradit Mol.
dis. 468. vers. 3. dictum est. Ad uero tam in nostra societate
solum requiri tractatum cum confititoribus more solito, non ta-
men eorum, neque collegi, aurilius immediati superioris con-
sensus, sed solum expostulatur, & sufficit Generalis consensus,
iuxta priuilegium pg. 5. editum anno 1566. & Gregor. XIIIL
anno 1575. & notaui Mol. d. *dis. 468. concl. 4.*

12 Textio requiritur consensus superioris: habetur expi-
se text. 1. 2. & 3. de his que sunt à Prelato. cap. Nulli de rebus Ec-
clesie non alienand. & fine exceptione. 12. q. 2. & alii. Hic superior
est Episcopus, seu Archiepiscopus in sua diocesi pro aliena-
tione rerum Ecclesiæ fibi subiecta. At pro alienatione, &
nasteriorum exemplorum regulariter est Prelatus, cui potest
subiicitur, ut Abbas in monasteriis monachorum, Provin-
cialis in ordinibus mendicantium, & in nostra societate solum
Generalis.

Generalis, & cui ipse committerit: sic Azor. 1. p. insit. moral. lib. 9. cap. 1. q. 4. Bonac. diff. 3. de contrac. q. 8. p. 4. num. 7. Val. de redib. cap. 2. §. 2. dub. 12. sine. Mol. tract. 2. diff. 468. vers. quarto conclusio.

Nunquam tamen superior, v.g. Episcopus alienare bona Ecclesie inferioris potest absque illius Rectoris consensu: constat ex cap. plur. cit. 12. q. 2. cap. si quis Episcopus. 10. q. 2. & cap. 1. De iob. Ecclesie, non alienand. lib. 6. Quod ita verum habet, vt si Ecclesia inferior Rectore caret, & necessarium iudicet Prelatus bona illius alienare, debet constitutere Ecclesie illius defensionem, qui patres Rectoris agat, & absque illius consensu nequit alienationem facere: deciditur c. 1. de rebus Ecclesie non alienand. in 6. & tradit Mol. tract. 2. diff. 468. concil. 5. Bonac. d. diff. 3. q. 8. p. 4. n. 7. circa finem.

12. Quartu[m] solum sacerdotium Clericorum in casibus a iure expressis, qui tres tantum sunt, venditio, permutatio, & donatione cap. 1. de his que sunt à Prelato sine consensu capituli: & tradit Azor. 2. p. lib. 9. c. 4. quæf. 4. Bonac. diff. 3. de contrac. fudic. q. 8. p. 4. n. 7. Mol. diff. 468. vers. 4. Aduicto cum Armilla verba alienat. §. 6. Lefso lib. 2. cap. 2. dub. 10. & Mol. & Bonac. loc. citata, subcriptionem necessariam faciendum non est manu propria Clericorum, aut Religiosorum, sed sufficiat, si est manus Notarii: quia id habet consuetudo. Item in pluribus locis hanc subcriptionem non requiri: ac proinde consuetudini in hac parte standum esse.

13. Quintu[m] requiritur consensus Pontificis: vbi extraagans, Ambito suo faciat recepta, quia sic ibi cauerit. Quapropter omnibus illis casibus: in quibus tractatur, & consensus Clericorum, & Prelati expulsum, qui sunt quoquecumque res aliqua immobilia, aut mobilis pretiosa alienanda est, vel hypothecanda, aut impignoranda, aut in feudum, emphyteusimque tradenda, præter calus a iure expressis, debet consensus Pontificis expulsum: sic Bonac. super Barbofa alleg. 95. num. 66. & alii psalmi. Hic tamen Apologeticus consensus nunquam concedi solet, nisi prævia delegatione aliquorum qui sunt in dignitate constituti, quibusque committuntur, ut si ipsi de uilitate alienationis contracti, alienum nomine sedis Apostolice present, si quimus degentem Batbol. super cum Riccio in præxi fori Ecclesiast. dec. 94. in 1. edit. & refol. 80. in 2. Quod si queras, an huiusmodi consensus Apostolicus ex tempore diuinitate presumatur: Respondeo cum communis sententia præsum, si lapsi frumenta, vel quadragesima anni post alienationem: quia ex diuinitate temporis omnia præsumuntur gesta legitime: nisi aliud manifeste constet ex instrumento alienacionis, aut alias: sic pluribus firmat Praxis Neapolit. cap. 88. Maclard, de probat. concil. 416. n. 1. Barbofa 3. p. de potest. Episcop. alleg. 95. n. 72. Bonac. p. 4. n. 7. circa finem, adtertus alios oppositum sentientes.

Ex his inferunt alienationes factas, his conditionibus existentibus, permittas esse, illis vero deficientibus prohibitas.

14. Sed inquietus, an supradictæ conditions seruanda sint in legato reliquo clausula apposita, ut quoties Ecclesia volunt, illud alienare, & in propriis vls conuertere, possit non seruata supradicta solemnitate? Negat Armilla verbo alienatio num. 19. Quaranta in sum. bellarum, verbo alienatio. num. 31. & 32. Riccius Prax. decif. 67. Bonac. diff. 3. de contrac. q. 8. p. 4. n. 7. num. 8. Mouentur, quia illa condicio sciendi est tanquam turpis, & habenda pro non apposita, si quidem est iuri contraria. Item reliquum Ecclesiæ incapaci remendi sub conditione non retineatur, non est obligata retinere, sed potest illud alienare.

Ergo similiter reliquum sub conditione, ut possit alienare non tenuta solemnitate, debet illud retinere, si solemnitatem in alienatione non seruata.

Ceterum milii probabilius appetet, validam esse illam clausulam in legato re proinde Ecclesiæ alienare illud posse non seruata solemnitate. Moneor, quia tunc Ecclesia ex potestate accepta à testatore legato alienat: restator autem poterat suam temabili solemnitate alienare. Ergo transferens reu. Ecclesiæ, potuit cum ex potestate conferre. Secundu[m] testator potuit relinquere Ecclesiæ hæreditatem ea clausula apposita, ut post aliquot annos teneatur illam transferre in aliquem ex contanguinis, quem Ecclesia elegit: sed ad hanc translationem nullus consensus Pontificis, nullusque tractatus requisitus est: argum. leg. 1. & 3. Cet. quando decreto opus non est: & tradit Quaranta verbo alienatio rerum Ecclesiæ. num. 45. Limit. 16. Vgolin. de potest. Episcop. cap. 14. §. 7. num. 5. in fine. Barbofa 3. p. de potest. Episcop. allegat. 95. num. 61. Ergo neque etiam requiritur in nostro catu, cum in eo etiam sit quoddam fideicommissum, & ex voluntate restatoris alienatio non procedat.

Neque obtinet contraria rationes. Ad primam nego reiciendam esse illam conditionem, tanquam turpem & iuri contraria, cum ius solùm prohibeat alienare res Ecclesiæ, quia illius sunt absolute: scilicet illas quæ non sunt absolute, & perpetuo Ecclesiæ, sed quamdui Ecclesiæ placuerit illas retinere. Ad secundam respondeo esse disparem rationem. Qui enim legat Ecclesiæ incapaci retenendi ea conditione, ut retineat, manifeste confit, obliq[ue] Ecclesiæ dispositioni, ac proinde turpem esse illam conditionem, & reiciendam. At qui legat, ea conditio-

ne, ut legatum alienet, quando voluerit, non opponitur dispositioni, & iuri Ecclesiæ: hæc enim Ecclesia impedita non est alienare sine solemnitate in omnibus casibus, sed solùm in illis, in quibus res Ecclesiæ sibi absolutè relinquentur, non in illis, in quibus pro limitato tempore conceduntur, ut sit in præiusti, si quidem conceditur legatum pro tempore, quo ipsa Ecclesia illud retinere voluerit.

15. Sed quid dicendum de legato reliquo sub conditione, ut nunquam alienetur, potest sine seruatis dictis conditionibus alienari? Negant aliqui, si Ecclesia habeat alia bona, quibus potest utilitatem, pietatis & necessitatis consulere, quia tunc seruari potest talis conditio, nequa est contra iuri concedenti alienationem rerum Ecclesiasticum in casu uilitatis, necessitatis, vel pietatis: & facit rexus in auctoritate alienar. Empytheus col. 12. q. 5. sanctissime: vbi inquit Imperator res Ecclesiæ alienari posse per captiuos redimendis, nisi ex pacto donata fuerint, ne alienari queant. Ne igitur hæc constitutio alius iuribus concedens alienationem ex causa pietatis, necessitatis, vel uilitatis contraria sit, dicendum videtur prohibere alienationem, dum sunt alia bona, quibus satisficeri necessitatis, vel uilitatis potest, secus cum non sint. Et hie modus dicendi est latius probabilis.

At probabilius reputo alienari posse tale legatum, tametsi Ecclesia alia bona habeat, quæ alienare possit: sic relatis Graffis, Hollenb. Innocent. Panorm. tradit Sylvest. verbo alienatio. q. 28. Azor. 2. pars. insit. moral. cap. 3. quæf. 9. Ratio est: quia habebit Ecclesia bona alia, quæ alienare possit, non impediat quo minus illius legatum alienatio ex causa pietatis, uilitatis, vel necessitatis, & seruatis solemnitatibus iuris fiat. Sed quod sit alienatio ex causa pietatis, uilitatis, vel necessitatis, & seruatis iurius conditionibus, à iure permititur. Ergo non potest restator contrarium ostendere, quia non potest iuri derogare. Ergo si apostola est, reuicienda est ut turpis: & hinc solutio contrarium fundamentum. Ad texum in auctoritate alienar. respondere non posse legatum alienari pro captiuo redimendis, si ex pacto donata fuit, ut non alienetur, nisi captiuo extremam, vel valde grauen patientur necessitatem: id enim operatur conditio, ut non pro quacunque necessitate alienari legetur possit.

16. Quod si inquiras an Superiori qui præstare debet consensum in huius legati alienatione, debet conditio manifestari. Respondeo si imperatus est consensus per modum dispensationis, qualiter solet à Pontifice impetrari, necessario facienda est mentio illius conditionis: quia Pontifex vel non concederet rescriptum, vel non eodem modo, si talis ei conditio manifestaretur: Sic Riccius decif. 45. Bonac. diff. 3. de contrac. q. 8. part. 4. num. 9. At si consensus non per modum dispensationis, sed per modum approbationis cauillarum ad alienationem requiratur præstetur, non carer probabilitate mentionem illius conditionis omitti posse: quia illa conditio non immutat potestatem alienandi ex iusta causa, & seruatis à iure conditionibus, magis quam si apostola non esset, ac proinde in hac parte habetur pro non adiecta.

S. III.

An in cessione iuris, & permutatione rerum Ecclesiasticarum sint supradictæ conditions seruandæ.

1. Duplex est ius acquisitum, & acquirendum.
2. Transactio, remissio, aut concordia de rebus ab Ecclesia possitis seruari non potest absque supradictis conditionibus.
3. In cessione legati reliqui non est necessario seruanda supradicta solemnitas.
4. Caducitatem emphyteutæ potest Prelatus remittere.
5. Permutatio, alienatio sibi.
6. Cum alia Ecclesia an sibi possit, negant plures.
7. Probabilis est posse spectato iuri rigore, secus ex consuetudine.

1. Dux ius considerari potest. Primum acquirendum. Secundum acquisitum. In cessione iuris acquirendi nulla est necessaria solemnitas: quia non est alienatio. Secus in cessione iuris acquisiti: sic omnes Doctores.

2. Hinc sit transactio, remissio, aut concordiam aliquam de rebus ab Ecclesia possitis fieri non posse absque debita solemnitate: quia tunc ius acquisitum alienas: secus vero si fiat de rebus, in quarum possessione Ecclesia non exiit: quia tunc non alienas, quod habet Ecclesia, sed quod speras sub dubio habere remittit pro aliquis rei certæ acquisitione: sic Rebuff. in compend. alienat. num. 2. Quaranta sum. bellar. verbo alienatio. 20. & 43. Limit. 12. Barbofa 3. p. de potest. Episcop. alleg. 95. n. 63. Bonac. diff. 3. q. 8. p. 4. n. 20.

3. Secundu[m] sit in cessione legati reliqui non esse necessario seruandam solemnitatem iuris, quia, ut supra diximus, ex probabiliori sententia, illa cessione non est alienatio, quia non est iuris quæfui, sed acquirendi.

4. Fin.

4 Fit tertio posse Prælatum, qui est dominus dictus emphyteus, remittere absque predicta solemnitate caducitatem emphyteutæ qui incidit in communione ob non solutam penitentem; quia illa remissio non est cessio alius iuri acquisiti abolutæ, sed acquirendi si ipse voluerit: sic Iulius Clat. §. emphe-
teus q. 10. verf. sed nunquid Riccius dec. 15. & 16. Sanch.
lib. 6. de mar. disputat. 4. num. 13. Rebello de obligat. ius. lib.
lib. 13. q. 11. num. 7. Vgolin de potest. Episc. cap. 14. §. 7. num. 5.
August. Barbola de potest. Episc. alleg. 95. n. 64. Bonac. dis. 3. de
contract. feudi. q. 8. part. 4. fine.

5 Quod si de permutatione loquamus, constat manifestè permutacionem alienationem esse, quia est translatio dominij quod in unam rem habet, & alterum loco illius acquirit; ac proinde fieri non potest sine predicta solemnitate cap. 1. de his que sunt à Prælato sine conf. capit.

6 Solum est dubium, an hæc locum habeant in permutacione cum alia Ecclesia? v.g. an possit calicem pretiosum pro aliquo ornamento, & unam hæreditatem pro hæreditate alterius Ecclesie permunare absque predicta solemnitate: Negat Quaranta in summ. bullar. verbo alienation. num. 15. Bonacina dis. 3. de contract. ubi de feudo, quas. 8. part. 4. num. 20. verf. ex quo patet. Mouentur, quia in cap. capellas. 10. q. 2. & clarus in cap. sine exceptione 12. q. 2. & cap. 1. de his que sunt à Prælato sine conf. & in extr. Ambitio. & eodem modo prohibetur permutatio, ac prohibetur venditio, & donatio; sed apud omnes constat venditionem, & donationem rerum unius Ecclesie celebrari non posse cum altera absque predicta solemnitate. Ergo neque permutacionem.

7 Nihilominus factato iuri rigore censio probabilius permutacionem fieri posse absque predicta solemnitate: sic docet Riccius prax. rerum sibi Ecclesiastici, dec. 7. q. 4. in 1. edit. & resol. 60. in 2. dec. 18. in 1. edition. & resolution. 53. in 2. Triuan. aet. 56. part. 2. August. Barbola 3. part. de potest. Episcop. allegat. 95. num. 55. Probant ex eo quod in permutacionibus his Ecclesiasticis omnino cessat ratio prohibitionis alienandi res Ecclesie, que est, ne res Ecclesie ab Ecclesia excent, & prophaniis vobis applicentur: quod fatus conflat ex processu extr. Ambitio. & ibi prophaniis vobis applicare, aut cum maximo illorum, aut diuinis cultus derimento exquisitus modis usurpare præsumunt: que verba cum sine processuca causa finali dispositionis indicant, leg. fin. & ibi Panorm. n. 3. ff. de hæredib. infit. nd. At ex his permutacionibus res Ecclesiastica terminos Ecclesie non transgredit, neque prophaniis vobis applicatur, sed eodem modo Ecclesiastica manet, ac antea. Ergo aduersus hanc permutacionem non procedit lex prohibens: si quidem solum profundi debet extendi ad ea, ad qua extenditur finis in prohibitione intentus: iuxta extum in e. cum cessante de Appellatione. Ceterum haec ratio nihil non probavit: nam ex ea aperte sequitur non solum permutacionem, sed etiam venditionem, & & donationem fieri posse absque dicta solemnitate, si cum aliis Ecclesias celebretur: quia etiam in donatione, & venditione alteri Ecclesie facta, non egreditur res terminum Ecclesie, neque prophaniis vobis applicatur: & tamen nemo dicit venditionem, aut donationem etiam inter ipsas Ecclesias fieri posse absque dicta solemnitate. Ergo idem est affirmandum de permutacione. Quapropter dicendum est extr. Ambitio. & apposuisse in processu non causam sicutam, sed impulsum ad illam prohibitionem faciendum, ac proinde etiæ cessat, non cessat dispositionem. Quid autem illa fuerit impulsus, & non ad aquæ finalis, inde colligitur: quia illa prohibitionis non fuit denouo lata, sed antiqua renouata, & confirmata. Antiqua autem prohibitionis alienandi non solum facta est, ne res Ecclesie prophaniis vobis applicentur, sed ne res Ecclesie perirent, sed potius coaserentur, qui finis sine dubio luditus qualiter permutatio inter Ecclesias facta: quia multiplicazione permutacionis paulim res in interim venit. Adde esto concedamus in extr. Ambitio. finem prohibitionis suffit, ne res Ecclesie prophaniis vobis applicentur, dicere debemus esse finem non prohibitionis vacuum, sed prohibitionis sub illis rigoribus peccatis. Quocirca cum in permutacione, (et id est de venditione, & donatione) cum aliis Ecclesias res Ecclesiastica prophaniis vobis nequaquam applicetur: efficitur non contraria supradictas penas. Omissa ergo hac ratione, hæc mihi videat efficax, quia sumitur ex ea enim, si ibi iniunct. 10. quest. 2. dicente sibi iniunctum recte permutat cum utriusque indemnitate, eorum scilicet confessu interueniente, qui supra referuntur: ex capitulo primo de reb. Eccles. non alienand. ibi non licet Episcop., vel abbati terram unius Ecclesie vertere ad aliam quamvis amba in eius sint potestate, ramen si commutare voluerint terras earum, cum confusus umbras partium faciat. Item ex element. terria in capitulo ad questionem. De rerum permutat. respondente huic questioni in hæc verba, cum de dictis parochialibus Ecclesiis per se quænt permutatio celebrari: & in permutacione possessionum per se non sit inhibitum, si altera ratione possessionum alteri responderet, pecuniam posse refundi de ipsorum possessionibus ad iniuncem, prout viuum fuerit expedire, refusa certa pecunia quantitate, poterit contractus permutacionis iniungi, si tamen quod illi contractus nequaquam sibi iniuncem mis-

ceantur. Ex his ergo constat permutacionem bonorum Ecclesiasticorum inter Ecclesias fieri posse contentientem Prælato, Neque obstar aliquos text. eodem modo prohibere permutacionem, ac prohibent donationem, & venditionem quia sufficit quod in aliis textibus permittatur permutatio inter Ecclesias, non tamen venditio, & donatione & text. quantum fieri possit, debent esse conformes, neque admittenda est iliorum contradictione sine clero fundamento.

Verum etiæ spectato iuri rigore hoc ita sit: at ex consuetudine recepta eadem solemnitas in permutacione, & in venditione, & donatione requiritur, idemque Apostolicus confessus & tradit Riccius resol. 60. in fine, & resolut. 35. in fine. Barbola alleg. 95. n. 57. fine.

§. IV.

An supradictæ conditions seruandæ sint in concessione feudi, & emphyteufis.

- 1 In prima concessione seruanda sunt dictæ conditions,
- 2 Illis positis dari potest feendum, & emphyteufis in perpetuum, etiam a hæredibus extraneis.
- 3 Pro feudo iam concessio renouanda non sunt necessaria dictæ conditions.
- 4 Tres conditions requiriuntur, ut non reputetur noua alienatio, sed prioris renouatio;
- 5 Quando emphyteufis Ecclesiastica concessa sit transire ad heredes extraneos, &c. Breuster responderetur sub multis distinctione.

1 Si emphyteufis & feendum, concedendum primo est, non ita dubium seruandas esse dictas concessiones. Tum quia ita haberunt in e. i.e. in his que sunt à Prælato sine conf. capit. Tum quia in extra. Ambitio. excepitur emphyteufis in causis a iure permisus, ergo extra illos procedit prohibitio facta. Casus autem a iure permisus est res solita dati in emphyteufis, ad cuius veritatem factor sufficeret vicinam concessionem, ut multus probat Riccius in praxi sibi Ecclesiast. dec. 26. n. 3. Barbola alleg. 95. n. 36. Ergo extra hunc causam seruandæ sunt conditions supradictæ. Deinde quia concessio feudi est emphyteufis et vera alienatio dominij virilis, & cuiusdam Ecclesiastice seruitur. Requirit ergo conditions ad alienacionem expostulas: sic omnes Doctores.

2 Positis autem supradictis conditionibus potest feendum, & emphyteufis in perpetuum dati, etiam pro hæredibus extraneis: que aliis antiquioribus relatis docent. Couart. 2. var. cap. 17. num. 4. & 5. Iulius Clat. lib. 4. sentent. §. emphyteufis question. 6. numer. 4. & quas. 28. num. 9. & 10. Valquez de redditib. cap. 2. §. 2. dub. 16. num. 57. Mol. dis. 469. conclus. 1. & confit ex Authent. de alien. & emphyteufis. §. licentiam: vbi corrigunt Authent. de non alienand. Emphyteufis, concedens emphyteufis solum ad viam accipiens. Ratio est manifesta: quia ius canonicum, cui in hac parte statutum est, omnem venditionem, donationem, permutacionem, & emphyteufis prohibet non seruata iuri solemnitate: et tunc omnia absque villa exceptione concedit si solemnitas obseretur. Ergo emphyteufis concedi potest in perpetuum. Et confitendum: quia alienatio per venditionem, aut donationem facta maior est, quam per emphyteufis perpetuam, cum in venditione transferatur dominium directum, in emphyteufis solum virile: sed concurrent solemnitate iuri fieri venditio, & donatione rerum Ecclesiasticarum. Ergo etiam licet debet emphyteufis.

3 At si feendum, & emphyteufis non denouo concedenda sunt, sed antiqua, & iam concessio renouanda, non peti talis renouatio conditions à iure requisitas in alienatione rerum Ecclesie, modo illa res non sit denouo Ecclesie incorporata. Probo, quia illa renouatio non repudiat alienatio, sed continuatio priors alienationis factæ: & tradit Quaranta in summ. bullar. verbo alienatio rerum Ecclesie, num. 39. & 40. Menoch. de arbitr. cas. 81. n. 5. & conf. 66. n. 31. & conf. 79. num. 1. & 2. Mol. dis. 469. conclus. 6. Couart. 2. var. cap. 17. num. 4. Valquez in opuscul. de redditib. cap. 2. §. 2. dub. 16. num. 57. Bonac. dis. 3. de contract. quas. 3. p. 4. num. 50. Gonzalez reg. 8. cancellaria glossa 6. n. 19. 4. August. Barbola 3. part. de potest. Episcop. alleg. 95. num. 29. & alij apud ipsos.

4 Ut autem renouatio illius feudi, & emphyteufis continutio priors alienatio repudetur, & non noua alienatio, tunc requirentur conditions. Prima, ut eodem modo concedatur, ac prius fuit concessa, ita ut si prius emphyteufis non se extendat ad hæredes extraneos, neque in renouatione extendatur: & si pro vita vobis tantum concessa fuit, non concedatur pluri. Qualiter enim variatione in his facta non conferbitur continuatio antiquæ emphyteufis, sed noua emphyteufis concessio: sic Iulius Clat. §. feendum. quest. 13. Riccius in praxi rerum sibi Ecc. dec. 16. in utraque edit. Mar. Anton. Gen. c. 6. n. 6. Barbola alleg. 95. n. 32. Mol. Bonac. & alij luci citatis. Secunda

Secunda conditio est, ut ad sit evidens Ecclesiæ utilitas in hac renovatione, sicut adsit in antiqua concessione, alias illicita erit: si Barbola num. 34. Riccius decisi. 5. in viragine edit. Caspar de Graffis decisi. 4. de loco. Ex quo sit, si darum sit prædium sterile in emphyteusum, vt sic ad culturam reduceretur, & si quis emphyteusus iam non sterile, sed fructiferum redditum est, renouari non posset emphyteusus, nisi ex noua causa utilitas Ecclesiæ superuenienter. Tum quia prima cessavit. Tum quia moraliter reputatur alia res ab ea, quæ data fuit primo: sic Marc. Anton. Genesii cap. 60. num. 6. vers. primus. Praxis Episcopali, cap. 1. num. 32. Barbosa aliis relatis 3. part. de poteſt. Episc. alleg. 95. num. 33. Est autem sufficiens cauſa renouandi emphyteusus remuneratio obſequij in ea facti; quia sic excitantur alij ad similes meliorationes facientes, & pecuniam Ecclesiæ augent, quod forte cœllaret, si fecerint emphyteutam sterilem accipientes. Hinc tempore signare conductionis sibi emphyteusus reddendam non est: sic Caldas Pereira de nomine emphyt. quæſt. 23. num. 60. & quæſt. 12. num. 12. Barbola num. 26. Tertia conditio est, ut res non sit ita ut Ecclesiæ incorporata; qui per incorporationem omnino extinguitur pri-ma alienatio, & res facta est Ecclesiæ, si ab ea nunquam dis-colleret: sic Mol. disp. 468. conclus. 8. usque in finem Bonac. disp. 3. de contrah. quæſt. 8. p. 4. num. 30. Dicit autem Ecclesiæ incorporata, quoties 3, ad quos administratio pertinet, decurrent iam non alternante, præsumunt autem sic decretum eis, si finita emphyteusus anno integrum administrator ab illius renouatione abstineat: sic Mol. tr. 2. de iusf. disp. 468. circa fin. Ex his inferitur rem semel alienata cum solemnitate effici perpetuo alienabilem absque solemnitate: sic pluribus comprobatur Gonzales reg. 8. cancellar. glof. 6. num. 194. Riccius in præl. rerum fori Ecclesiastici decisi. 2. 6. Barbosa alleg. 95. n. 32. Quod intelligendum est, si ad finis supradictæ tres conditions.

3. Sed inquires, quando emphyteusus Ecclesiastica censenda sit transire ad hæredes extraneos, quando in perpetuum, quando pro tempore determinatio.

Plura in hoc quæſtio inveniuntur, quæ latiore explicationem expofulant, illis ergo pro ratiōne nostra satisfaciemus, cum de emphyteusus exit lemo, Breueri nunc respondemus. Primo, si concessio sit facta cum expressione in perpetuum, seu ad quibus successores, aut hæredes, quos emphyteuta volunt relinquere, claram est, esse concessionem in perpetuum: quam diximus etiam in emphyteusus Ecclesiastica fieri posse: sic alii relatis docet Mol. tract. 2. de iusf. disp. 469. concl. 1. Vasquez & Couar. statim allegandi. Dubium tamen est, an talis concessio non solum ad hæredes descendentes, sed etiam ascendentes, & extraneos transeat. Et de emphyteusus priuata omnes conuenient extendi. De Ecclesiastica sunt variae sententie: probabilis credo ad ascendentes, & extraneos extendi, ex Authent. de alienat. & emphyteusus, §. licensiam: & quia aluentores propriissime hæredes sunt; & quia ab Ecclesia concessa est facultas alienandi res Ecclesiæ in perpetuum seruata solemnitate: quod fieri non posset in emphyteusus, si ad extraneos, & ascendentes non transire emphyteusus: & ita docet Couar. 2. var. cap. 17. num. 5. concl. 4. Mol. tr. 2. de iusf. disp. 469. pef. primaria concl. Iulius Clarus lib. 4. sentent. §. emphyteusus, quæſt. 28. num. 6. Secundò, respondendo, si res Ecclesiæ decur in emphyteusus pro se ſuſque hæredibus, tertiam generationem non tranſcendit, neque ad hæredes extraneos deuenit, ex text. in Authent. de non alien. §. emphyteusus, sic pluribus relatis firmat Couar. 2. var. cap. 17. num. 5. Valquez in opere de reditib. cap. 2. §. 2. dub. 17. num. 59. Nomine autem hæredum non solum viri, sed feminae debent intelligi, ex suprad. §. emphyteusus, & multis exhorta Couar. cap. 18. num. 1. & Valquez loco citato. Tertiò, respondendo, si data sit emphyteusus alieni, cui pro se ſuſque filii, inter filios equaliter est emphyteusus dividenda, neque potest patet vni assignare omnis filii: quia filii non competit emphyteusus ex voluntate patris, sed ex voluntate domini concedente emphyteusus: qui voluntatem patre mutata non potest eis in prime de successi ſenilitate aliis relatis Couar. d. c. 18. num. 2. Mol. disp. 474. ver. quando patr. Vasq. dubio illo 17. num. 50. Excipe tamen nisi aliud expressè à concedente effet determinatum: quod sati colligetur, si dicere concedo tibi, tuisque liberis, ut ipsi tanquam hæredibus defteratur: tunc enim voluntati patris prædictio relinquuntur, sicut & melioratio: sic Vasquez num. 5. & Couar. supr. num. 1. concl. 4. Quartò, respondendo, si emphyteusus data sit aliqui pro se ſuſque filii, & descendentiis, ad extraneos non transire, neque ad ascendentes: competit tamen filii, tamē hæredes non sunt, sed hæreditatem renunciaverint: quia illi relinquuntur non qua ratione hæredes sunt; sed quia sunt filii, & emphyteusus descendentes. Vasq. num. 61. Cou. num. 2. concl. 5. Quintò respondendo, si aliqui, eiusque filii, & hæredibus emphyteusus relinquuntur, ad filios deuenit si hæredes sunt: quia dicitio copularia, & hæredibus, denotat rationem relinquendi filii emphyteusum, non effe tantum, quia filii sunt, sed quia hæredes esse præsupponuntur: sic Cou. n. 16. Vasq. n. 61. Ex vi tamen huius concessionis, si emphyteusus Ecclesiastica est, quæ ſua natura ad extraneos non transire, non competit hæredibus

extraneis. Secus vero si ex ſua natura ad hæredes extraneos tranſmittatur, vt eſt emphyteusus ſecularis: quia dicitio illa, & hæredibus, non limitat ſignificatum filii, vt ad ſolos filios hæredes debeat emphyteusus deuenire, ſed potius illius ſignificationem auger, vt faciat hunc ſentim, deuenire ad filios, quia hi iam hæredes præſupponuntur, & deuenient etiam ad eius hæredes, &c. ſic docuit Cou. & Vasq. ſupr. Sextò, respondendo, ſi data fuerit emphyteusus aliovi, eiusque liberis, abſque eo quod ad-datur hæredibus, & ſuccelloribus, liberis competit, tamē patris hæreditatem repudiant; quia talis emphyteusus non eſt hæreditaria, ſed ex paſtoſie Couar. 2. var. cap. 1. 8. n. 4. verſ. 7. Secundū dicendum eſt, ut ipſem Couar. ex Bart. notari, in feuda illa forma relatio: quia feudum nunquam potest ad filios repudiare hæreditatem patris deuenire, tamē hæreditarium non sit, ex text. in cap. 1. An agnati, & filij. Septimò, respondendo, ſi nulla facta mentio filiorum, hæredum, aut ſuccellorum. Tertio emphyteusus concedatur, talis emphyteusus hæreditaria, non eſt; ac proinde ad filios non hæredes pertinet potest. Secundū dicendum de feudo, quod nunquam ad filios non hæredes pertinet, bene tamen ad agnatos. Quod ſi inquit, quando dicatur emphyteusus, aut feudum hæreditarium quando ex paſto? Respondendo hæreditarium dici, quando expiſe in constitutione feudi, vel emphyteusus mencio ſi hæredum, vt ſi dico tibi, tuisque hæredibus, &c. Non hæreditarium eſt; quando nulla mentione facta hæredum relinquitor, vel quando relinquitur aliovi, eiusque liberis, & descendantibus: hæc omnia latè, & optimè defendit Iulius Clari. lib. 4. ſentent. §. emphyteusus, quæſt. 16. Alar. Valalc. de iure emphyteut. quæſt. 43. & 44. Mol. tract. 2. a. eſt inſtit. disp. 472. per totum.

§. V.

Quæ conditions in alienatione iuriſ patronatus, & ſepulchrorum ſeruandæ ſint.

1. Ius patronatus inter bona immobilia computatur.
2. Qua ratione alienari potest.
3. Ius ſepulchri vendi non potest.
4. Ius ſepulchrorum, & patronatus qua ratione ad ſuccellores deuenient.

1. Conſtat ius patronatus inter bona immobilia, vel faltem immobilia preſia compundantur eis; ac proinde ſi apud Ecclesiæ exiftat, alienari non potest à Rectore, non feruatis ſupradictis conditionibus, illis vero feruatis alienabile eis quia nulliſi ſpecialis eius alienatio intercederet.

2. Adiutor tamen per venditionem illius dicitur factam nunquam alienari poſſe: quia ut dicimus diſput. de Simonia; pretio adæquari non potest; quia eſt quid ſpirituale. At conſequenter bene potest vendita hæreditate, cui tale ius annexum eſt, ut latius ibi & pluribus comprobatur Lambertin. lib. 1. de iure patronatus, 2. pars. q. 3. art. 15. 14. Item alienari potest per donationem; quia in hac in rebus factis irreuenientia committitur: quia donatio ſi fiat Ecclesiæ, vel loco pio, non indiger Epifcopi conſentio, indiger tamen ſi fiat latius text. in cap. quid autem, & illud, de iure patron. & tradit. Lambert. de iure paron. lib. 1. p. 2. q. 1. art. 2. & 3. Rochus de Curte de iure patron. verbo ipſe velia, q. 7. n. 1. Mol. de primog. l. 1. c. 24. n. 13. Item potest alienari permutatione cum iure patronatus aliquius Ecclesiæ, vel loci ppi, & hoc abſque Epifcopi licentia, ex text. in c. Nemini 16. q. 7. & 2. dub. gloria e. cum ſeculum, verbo emptorem, & elem. 2. verbi libere, de iure patronat. Si autem permutatio fit cum priuato, Epifcopi conſentiu necessario requirit, ſi ius patronatus ſit Ecclesiæ ſi vero ſit patronatus priuatum, probabiliſ etiam eſt requiri Epifcopi conſentiu tradit. Roch. Curte ſupr. q. 16. n. 30. Lambert. q. 3. art. 1. 2. & 3. Mol. n. 14.

3. Quod ſi de iure ſepulchrorum loquamus (quod ut ipſe, ſuſque hæredes, ſuccellores, & quicunque ab eo ſignat, in loco ab Epifcopo benedicto ſepulcra, & nullus alius) certum eſt vendi non poſſe quia eſt quid ſpirituale. Excipe tamen niſi vendatur tanquam accessorium aliquius predij habentis hoc ius; ſi tamen ſi pradium ita haberit ius illud ſibi annexum, ut nulla alia via, ut ad ſepulchrum pateat, niſi per illud predium: tunc enim vendio/predij transferetur & ius ad ſepulchrum, ſicut de iure patronatus dictum eſt.

4. Qua vero ratione ius patronatus, & ius ſepulchra ſi ſuccellores deuenient poſſit, non eſt hujus loci diſputare, videatur Mol. de primogen. d. cap. 2. 4. Couar. 2. var. c. 18. a. n. 8.

§. VI.

An alienatio rerum Ecclesiasticarum absque iusta cauſa, vel ſine debita ſolemnitate valida ſit tam in foro externo, quam conſcientia.

1. Abſque cauſa legitima alienatio facta nulla eſt, tamē ſi aliqui contrarium ſentiant.
2. Quid?

- 2 Quid dicendum est, etiam si Ecclesia existimauerit causam legitimam adesse?
- 3 Si alienatio facta est pro satisfaciendis debitis, debet creditor probare pecuniam mutuatam versus eum in Ecclesia, utilitatem.
- 4 Si adhuc causa legitima, tametsi conditiones alienationis non fuerint servatae, plurescent alienationem valere.
- 5 Probabilis est non valere, tam in foro externo, quam conscientia.
- 6 Res alienata Ecclesia absque legitimam causam, vel debita solemnitate Ecclesia restituenda est, cum omnibus eius fructibus.
- 7 Quis sint pauci alienantibus absque causa, vel debita solemnitate.

Quoad primum attinet, si alienatio fiat absque causa legitima, glossa in summ. 12. question. 2. & cap. sine exceptione, verbo profuturum 12. question. 2. & alii quos referunt Panormitan. & Couartuas locis allegandis, sententia validam esse alienationem, dari tamen Ecclesia restituendum in integrum: iuxta textum in cap. 1. de integrum restitus. Moneatur; quia non indigeret Ecclesia beneficio restituitionis, si contractus nullus esset: quia beneficium restituitionis est remedium extraordinarium, quod non darur ei, cui iure remedium ordinarium competit. leg. in causa, C. 2. ff. de Minorib. At si alienatio ipso iure nulla est facta absque legitimam causam, remedium ordinarium nullitatis competenter Ecclesia, & cessaret beneficium restituitionis in integrum. Ergo dicendum non est, esse nullam alienationem.

Ceterum omnino tenendum est deficiente legitimam causam alienandi, alienationem nullam esse, non solum in foro externo, sed conscientia: sic docent Panormit. cap. 1. de integr. restitus. num. 17. cap. tua, de his qui sunt à Prelato, c. Nulli, de rebus Eccles. non alien. n. 7. Couar. plures referens. lib. 2. var. cap. 17. n. 4. Molin. de contract. tract. 2. disput. 468. vers. se xtra conclusio: Bonac. supponit disput. 3. de contract. feudi, Quest. 8. p. 4. num. 5. Probatur manifeste ex cap. sine exceptione. 12. quest. 2. in quo textu declaratur nulla alienatio, que in utilitatem Ecclesia non credit: & exp. 1. de rebus Eccles. non alienand. in 6. declaratur alienatio irrita, cui deficit, legitima causa alienationis, cui consenit extra viag. Ambitiosa, c. edem tit. Nequostar contrarium fundamennum ex duplice enim capite Ecclesia potest petere sibi restitui rem alienatam: Primo, si absque legitimam causam alienandi, & tunc non perit restituitionem, quasi validum fuerit contractus alienationis factus, sed petit restituitionem rei, cuius dominium transference in aliud non potuit. Secundo, potest rei alienatio restituitionem, quia ita fuerit alienata ex legitima causa, & debita solemnitate: et fuit in prelio enormiter laesa, & ratione enormous lesionis restituitionem in integrum potest, iuxta textum in c. nostrarum, de rebus Eccles. non alienand.

2. Sed quid si Ecclesia existimauit causam legitimam adesse? Plures Doctores sumunt validum esse contractum, quia factum in foro externo causa adhuc legitimam. Neque credendum est Ecclesia velle alienationem bona fide factam irritare: sic glossa c. ad nostram de Rebus Eccles. non alienand. verbo enormis: et. quis in Ecclesiis, de confit. col. 1. & alii quos referunt, & sequitur Cou. 2. var. cap. 17. n. 2. Mol. de contract. tract. 2. disput. 468. concl. 6. Bonac. disput. 3. de contract. feudi q. 8. p. 4. n. 6. fine. Ad dund etiam supradicti Doctores. Mol. & Cou. in contractu adesse causam legitimam, si in eo seruata fuerit forma à iure prescripta, tametsi Ecclesia admittatur ad probandum illegitimitatem causa, si se videat deceperat. Ceterum esti supradicta sententia validè probabilis sic, probabilior mihi videtur negans valeat talis contractum. Tum qui text, absolute irritam alienationem sine causa factam, sed praesumptio causa non inferit causam, ergo non inferit valorem in alienatione. Tum qui raro, aut nunquam posset declarari contractus nullus, si quidem celebrantes contractum, praesumti debent sibi visum fuisse iustam habere causam contrahendi, & ita tener Nauart. comm. de alienat. rerum Ecclesie, n. 9. vers. octavo annotato.

3. Advertunt tamen, & bene Cou. & Mol. ibi, & disput. 300. per rotam si alienatio bonorum immobilium, vel mobilium praesorum facta sit pro satisfaciendis Ecclesia debitis, areque alieno solvendo obligatum esse creditorem probare pecuniam mutatam versus fuisse in Ecclesia utilitatem, alioquin alienario non tenebit. Ratio etiama alienatio honorum bonorum absque legitimam causam non tenerit, sed quando pecunia mutata versus non est utilitatem Ecclesia, Ecclesia non tenebit illam solvere, ut expressè haberet. Auctor hoc ius porrectum. C. de sacro fonte, Ecclesie, & c. 2. & hoc ius porrectum. 10. q. 2. & leg. 3. tit. 1. part. 5. Ergo non adesse causa legitima alienandi, dum non probatur a creditore obligatam sibi in Ecclesia ad debiti solutionem.

4. Quoad secundum attinet de defectu solemnitatis requirentia. Non defunt Doctres graves, qui sentiant validam esse

alienationem, modo adfuerit legitima causa: sic Nau. comm. de alien. rerum Ecc. n. 17. Azor. 2. pars. 2. lib. 9. c. 1. q. 9. fine. Syll. verbo alienat. n. 13. Angel. eodem n. 14. Rodoq. 4. 1. q. regni 9. 27. art. 9. Quaranta sum bullar. verbo alienatio. n. 34. & 50. Probarique potest, primo, quia adiquatus finis statuendi has solemnitates in alienatione est, ne Ecclesia fiat praedictum. Ergo si constat nullum praedictum fieri, cessat prohibitionis ratio, ergo cessat prohibitiō. Secundo. Contrahenti cum Ecclesia absque dicta solemnitate liberum non est state contractui, aut illum reire, sed necessariū state debet contractui, dum ab Ecclesia non repellitur, ut multis comprobatur Sarmiento 1. par. de reddit. c. 2. n. 8. Prax. Neapolit. c. 88. n. 1. Ergo signum est contactum valere, alias lictum illi esset ab eo relinke.

5. Nihilominus probabilius censeo talen alienationem invalidam esse, tam in foro externo, quam in conscientia, sic alii relatis Cou. 2. var. 17. n. 2. Mol. Theolog. tract. 2. de insit. disp. 468. concl. 6. Vafq. in opus. de reddit. dub. 14. Sarmiento 1. pde. 2. 1. eodem tit. in 6. & clem. 1. & extrang. Ambitiosa, eodem. Finis autem huius irritacionis non est laeso, & fraus Ecclesia, que hoc, vel illo casu contingere potest omnia solemnitate in contractando, sed est laeso, & fraus, que communiter, & in plurimum ex illius omissione ei potest prouenire. At hic finis semper persecut, quantumvis virus vel alius contractus factus fuerit in Ecclesia viabilitate. Ergo contractus, in quo est omnia solemnitas, semper manet irritus. Et confirmari hoc potest, quia probata in foro externo omissione solemnitatis in contractu, declaratur contractus irius, tametsi proberbit in favore Ecclesia factum fuisse. Ergo etiam in foro conscientia sic debet repurari: quia forum conscientia externo conuenit, cum exterrimus falsa presumptio non innititur, ut sapere dicitur est.

Ex his manet soluta prima ratio contraria. Ad secundam concedo in foro externo non permitti contrahentem cum Ecclesia, vel minore absque solemnitate resiliere à contractu in penam fraudis, quam presumunt contrahendo intentasse. Quapropter ad haec fraudes vitandas, & Ecclesia viabilitati propiciendum cedunt Ecclesia, & si ipsa velit stare contractu facto ab quo solemnitate, alius non possit resiliere: si vero velit velut repulere, cedetur repulsum: sic optimè tradit Sarmient. & Vafq. p. 4.

Ad tertium remanet hanc approbationem contractus debere Ecclesiam solemniter facere; quia tunc de nouo contrahit: si quidem prior contractus nullus fuit: confortat ex c. si quis de rebus Eccles. non alienant. & tradit Mol. disput. 468. concl. 6. Vafq. in opus. cap. 2. dub. 15. Bonac. disput. 3. de contract. feudi. q. 8. p. 4. n. 12.

Ecclesia vero non tenetur premium illi reddere. Primo si mala fide contractus celebratus est, quia ob delictum commissum per priuatum empor in Ecclesia utilitatem: ex Liberatu, & ex Aut. qui res. C. de sacro fonte. Eccles. sic Mol. Bonac. supra. Secundo, si ex tali contractu locupletior Ecclesia facta non est, tametsi bona fide ex parte emptoris contractus fuerit celebatus, quia tunc non Ecclesia, sed his qui nomine Ecclesia contrahit, tenetur proprii premium reddere, & indemnum seruare. Secundum vero si Ecclesia premium retineret, vel locupletior ex contractu facta est: quia tunc ipsa tenebat: sic Mol. Vafq. & Bonac. locis citatis. Emptor autem in tali casu retinet rem Ecclesiasticam, aut eius fructus potest titulo recompensationis picti ob reddendi, dum premium sibi ab Ecclesia non redditur, sic Vafq. & Bonac. supra.

Tandem inquiri poterat, quae pene essent impositiones alienis, vel alienatum recipiunt extra causam à iure permisum, vel absque debita solemnitate? Respondendum alioquin ipso iure penam impositam esse, locis illis, in quibus extra viag. Ambitiosa, recepta non est: illam autem in hac parte fecit nullibus receptum restatur. Syllust. verbo aliena. q. 15. Sarmiento 1. part. de reddit. cap. 2. n. 20. Vafq. eodem in opus. cap. 2. §. 1. dub. 7. n. 3. Bonac. disput. 3. de contract. feudi. q. 8. p. 4. n. 14. Sunt. 1. de censor. disput. 23. sect. 6. n. 3. Nauart. sum. cap. 27. n. 149.

Vetum illis in locis, in quibus dicta extra viag. constitutio recepta est, puniuntur alienantes, Episcopis, & Abbatibus interdicto ab Ecclesia ingredi, in quo si per sex menses perdonaretur, suspenduntur à regimine, & administratione tam in temporalibus, quam spiritualibus Ecclesia, cui praesul. Quid si alienates inferiores Episcopis, & Abbatibus sint, priuatum beneficio, vel officio illius, cuius bona alienare praefumserunt, in superque communicatione incurvant, qua etiam recipientes alienatum comprehenduntur. Constat ex supradicta constitutione.

TRA